Enigma·matis·n·t·est sermo figuratiu9 vel obscura locutio sine similitudo· vel q̄stio occulta vel obscura·q̄ difficile intelligit nisi apiat·ut illud Judicū·De comedente exiuit cibus z de forti egressa est dulcedo significās ex ore leonis fauū esse extractū· Inde hic z hec ęnigmatista·stę·qui vl q̄ obscure z figuraliter loquit·Et ęnigmatice ca·cū·i·obscurus ad exponendū vel qui p ęnigmata loquit·

Enixa·i·conata· ad efficiendū aliquid vel partu liberata·

Ennoian·i·in mēte·i·accidēs·quod dī esse in mēte· q̄ nullo corporeo sensu cōprehēdit·ß solo intellectu mētis· Ī ennoimaticus·a·ū·i·accidentalis· Vn Isidorus· accidentales diffinitiōes vocat ennoian vel ennoimaticas· q̄ nō substātialia·sed accidentalia declarant·

Ennos·interp̄tat habitatoz vel p fundū

Ennosigeus dī ab ennos·qd̄ interpretat habitatoz·z sigeū·qd̄ est q̄dā mōs iuxta troiā·vn dict9 est Neptun9 ennosigeus

i·habitator sigei illius ꝓmontorij ·i quo habebat tẽplũ iuꝝ troiã· Vel ennosigeus iterp̃tat ꝑfundũ silẽtiũ· Ennos enĩ ꝑfundũ dr·sige silẽtiũ vel latibulũ·· vocatur Neptunꝰ sic a ꝑfũditate mar· a silẽtio qđ est in ꝑfundo mar· Vel ennosigeꝰ dr ab ennos·qđ ẽ habitator·ꝛ sic dx·quod ẽ ꝑfundũ·qi ennosicꝰ·i·habitator ꝑfũdi·

Enoch·interp̃tat ędificatio· Ipsius enim noĩe ciuitatẽ ędificauit Cam filiꝰ Adam

Enodis·dis·ꝯ·t·ꝛ b̃ dx·pe·p·i· sine nodo extra nodũ·

Enormis·mis·ꝯ·t·ꝛ b̃ me·i·dx formis·turpis·inanis·grandis·irregular·illitteratꝰ crassus·sine mensura vel forma·

Enos·lętięę locus interp̃tat·

Ens·entis·ǒis ge·põt esse nomẽ vel participiũ dx sum·es·est·

Ensatus·ta·tũ·i·ense armatꝰ·ꝛ dr ab ensis

Ensiciũ ensicij· occisio facta cum ense· ꝛ dr ab ensis·

Ensiculus·li·m·s·i·paruus ensis·

Ensifer·ra·rũ·pe cor·qui fert ensem·

Ensis·sis·m·t·i·spata·ꝛ dr a secando·

Enteria·rioꝝ·i·intestina·

Enthęca·cę·i·repositę rei copiosa substãtia quasi in thęca reposita· Vel enthęca·cę·i·pculiũ vel ꝓpriũ· Ĩn enthęcarius·ria·riũ ꝛ b̃ enthęcarius·rij·i·negociator·ꝛ pe·ꝑd est thęca sicut ꝛ apothęca·

Enthymema·n·t·est qđdã genꝰ argumentationis·scz festinata conclusio· ꝛ dicit a thymo·qđ est mens·ꝛ en·qđ est in· qi in mente vnicũ· qr in enthymemate vnũ ex vno infert· Vel dr ab en·ꝛ thymos·vel thyme·qđ est mens·ꝛ monos vnũ·qsi in mente vnũ·qr vna ꝓpositio tacet in mẽte vel retinet· Enthymema aũt est syllogismus impfectus·i·oro in q nõ oibꝰ ꝓpositionibꝰ antepositꝭ·festinata infert ꝯclusio vt Dẽ aial currit·ģ ois hǒ currit· In hac argumentatiõe subintelligit hęc ꝓpositio ois homo est aial·ꝛ nõ apponit ibi· quia si apponeret esset syllogismus·

Enũ·ni·n·s·dr ab ęs· Ĩn b̃ ęnulũ·li·dimi·i·paruũ ęnũ·scz caldariũ·

E ante O

Eos·eoi·grece·dr sol vel oriẽs·vel primus splẽdor aeris claręscentis·q aurora dr·

Eous·eoi·p̃mꝰ equus solis·dx clinat etiaꝫ adiectiue eous·a·ũ·i·oriẽtalis· Et nota qꝫ sol quattuor equos habere dr·ꝓt quattuor ꝓprietates q̃s in se habet et ostendit quotidie· Nam dx mane dr eous i·oleꝰ· vel rubęus·qa tũc est aurora· Circa tertiã hǒ pallet·qr tũc ascẽdit aera·et tũc dicit echous·qr tũc apparet in aera siluis ꝛ mõtibus· In meridie dr pyrous·ꝛ tũc feruet ꝛ maxie circa horã nonã· Sz hora vespero ꝫ in occidẽte·ꝛ tũc dr philogeus·quia tunc apparet subire terram·

E ante P

Epacta est nũerus ĩuariabilis datꝰ anno ad sciẽdũ q̃ta sit luna ĩ kalẽdis cuiuslibz mensis·ꝛ dr ab epi·qđ est supra·ꝛ aucta quod est augmẽtũ·i·excessus anni solar· supra lunarem·

Epanalepsis vel epinalepsis est sermonis in ꝓncipio ꝓsus positi eusdẽ in fine repetitio vel replicatio·vt Multa sup Priamo rogitans sup Hectore multa·

Epar·n·t·est intestinũ aialis· scilz iecor vel ficatũ·ꝛ dr ab epi·qđ est sup̃·eo q sup̃positũ sit· Inde epaticus·a·ũ·pe·cor·q patiẽt in epate·Et facit gtũs epatis ꝯ·t·pe·cor· ꝑm vsum·tamẽ ꝑm Hug· facit eparis vl epatis·

Epatarius·a·ũ· qđ pertinet ad epar· Dñ Plautus·C ũ te morbꝰ agitat epatariꝰ·

Epenthęsis est appositio ad mediã dictiõz litterę vel syllabę·vt Reliq̃as danaũ·ꝓ reliquas·ꝛ indupator ꝓ impator·

Ephębia·bię·f·p·est ꝓma pars adolescẽtię ꝑm Pap̃·Ephębia etiaz dr iuuenũ eminens pulcritudo·vel collectio ephęborũ· ꝛ dr a ephębus· Vel ut dicit Alexãder· Quo ꝓstant pueri locus est ephębia dictus·ꝛ sic ponit ꝓ ephębian·

Ephębian·f·ge·est locus ꝓstitutionis vbi iuuenes meretricabãt ꝛ ꝓstituebãt· Dñ 2·Machab·4ᵒ Sup hoc ꝓmittebat et alia centũ q̃nq̃ginta si ptãti eius cõcederet gymnasiũ·ꝛ ephębian sibi cõstituere

Ephębꝰ·m·s·i·valde lucidus·scz iuuenis pulcer·ꝛ imberbis· Ĩn ephębiolus·li·di·i·paruus ephębus·Et potest mobilit declinari·ephębus·ba·bum·ꝛ ephębiolus·la·lum·pe·cor· Sz ephębus ꝑd·pe· Dñ Lucanus in tertio· Grandęuosq; senes mixtis armauit ephębis·

Ephi·q̃dã mensura est·scz triũ modioꝝ·

Ephimera·rę·quidã piscis·q vno die oritꝫ ī eodẽ moritꝫ Inde dr ephimera·rę·pe·cor·ri·febris simplex·ꝛ non molesta·quę in vno die affligit hoiez· ꝛ eodem die perit quasi supra diẽ nõ excedẽs·qr vltra vnũ

diem nō solet durare. Et inde ℔ ephime
ris·idis·gen⁹ est historię·scilz vnius diei
digestio·vel vni⁹ diei regularj abbreuia/
tio·cōputatio·calculatio·Ephimeris eti/
am dī tabula manualis·vel liber in q̄ q̄ti/
diani actus scribi solēt·Et sonat ephime/
ris apud nos diurnum vel quotidianuz
Nā qd latini dicūt diurnū·greca dicūt
ephimerida·Vel ephimeris dī ab epi·i·
sup̄ z męreo·es·qd est dolere·In̄ ephime
ris·meridis·dī tabula vel liber in q̄b⁹ vsu
rarij scribūt denarios quos mutuo dant
ad pignera q̄ recipiūt·p qd cognoscāt si
lucrane vel nō·z si dānificane·dolēt sup
dāno qd ipsis crescit·

Ephot indeclinabile·ē vestis sacerdotalis
qd latine interp̄tat supindumentū·Erat
enī palliū suphumerale·quo tota sacer/
dotalis ambitio tegebat·Et erāt duo ge
nera·vnū lineū z simplex·qd sacerdotes
habebant·Aliud ex diuersis coloribus au/
ro'gēmisq̄ cōtextū·habens in vtroq̄ hu/
mero lapides duos smaragdinos auro
cōclusos·in quib⁹ sculpta erāt noīa p̄iar
charū·q̄ olim pontifices vtebant·Unde
Vestis ephot ꝓprie dicat pontificalis·Ex
auro mūdo filo q̄z texta quatuo·

Ephrata·tę·pe·cor·ciuitas est·quę dicta ē
Bethleem·z nō debet vltima accentuari
in ephrata·Inde ephrateus·tęa·tęū·pe·
producta·

Epi·grece·latine dicit supra·

Ephialtes·ē q̄dā species phātasmatis·quę
cōtingit in somnijs·z dī ab epi qd est su/
pra·z altes qd est p̄mēs·quasi sup̄ premēs
quia suo pondore videt suffocare z grauа
re dormientē·

Epibata·tę·cō·t·pe·cor·grece qd latine dī
laicus·vel supueniēs·ꝑ nihil negocij ha/
bet in naui·sed naulo dato in alias tras
ire disponit·z dī ab epi·qd est sup̄·z ba/
ton quod est nauis·

Epicaustoriū·rij·n·s·est instrūm quod fit su/
per ignem causa emittendi fumū·z dī ab
epi·z caustos qd est incensum·Itē epicau
storiū dī locus vnguentor·vbi se vnge/
bant ad ignem·vel vbi vnguenta fiebāt
ad ignem·Epicaustoriū etiā dī locus dis
cernendi causas·Et ī qualibet istarū signi
ficationū accipit cōpetent in passione san
cti Thomę·

Epicęnus·na·nū·pe·pd·i·supra cōe·Un/
de q̄dā noīa dicunt epicęna·ut aquila·

Epicyclus·cli·pe·pd·i·paruꝰ circulꝰ positus
sup maiorē circulū·ita ut epicycli cētrū sit
in linea maioris circuli·

Epictasis·sis·f·t·est adiectio lr̄ę vel syllabę
sup statū dictionis·

Epicurus·ri·m·s·qdam genꝰ phor̄ qui
curā sup cutē corpis habebāt·z dī ab epi
z cura vel cutis·Dicebāt enī voluptatez
ee sūmū bonū·ignorantes q̄ aliā esse volu
ptatē p̄ter carnalem·dimissa aia·tm cor/
pori curā impendebant·Inde epicureus·
rea·reū·Vel epicurei dicti sūt ab Epicu/
ro quodam philosopho amatore volup/
tatis z vanitatis·non sapientię quem ipsi
phi porcū noīauerūt·quasi voluptatē·qui
vanitatis z voluptatis amator·non sapi
entię·sūmū bonū voluptatē corpis assere/
bat·cuius traditiones epicurei sequeban/
tur·Unde dicebant deū ex puidentia ni/
hil agere·In mūdo oīa cōstare ex corpo/
ribus·Animā nihil aliud ee q̄z corp⁹·Un̄
z dixisse fertur·Non ero post q̄z mortuus
fuero·

Epicus·ca·cū·i·laudabilis·z dī ab epos·i·
laus·Un̄ Martial Epica vulgo lyrica q̄z
pagina cōsonaret·Videt tn̄ h epica poni
p dactylico·Dactylus enī inuentus ē ad
describendū gesta heroū·ex quibus conse
cuti sunt laudem·Vel epicus dicitur ab·e
z pede·i·psaicus·Potest ergo ibi legi epi
ca·i·psaica·

Epidiocesis fit·cū supradictum in meliorē
partem corrigit·ut Iste est certus amans
imo certior·imo certissimus·

Epidromus·mi·pe·cor·est quoddā genus
nauis·z dī ab epi·z dromos qd ē nauis·
Et dī epidromos vel epidromus velū se
cundę amplitudinis·s·ad puppim·

Epiphora·rę·pe·cor·i·lippitudo oculor̄·qn̄
scilz pellicula supducit oculo·z dī ab epi·
quod est sup̄·z phoros qd est ferre·

Epigrāma·tis·n·t·i·supscriptio·s·titulus
vel breuis annotatio eor̄ quę diffusiꝰ di
cunt in sequenti opere·z dī ab epi·quod
est supra·z grāma qd est linea vel littera·
Etiā epigrāma dicitur supscriptio quę su
perponit titulo·s·epitaphiū vel quę super
ponitur imagini alicuius·ad signandū cu
ius imago sit·vel ad signandaz aliquam
ꝓprietatem illius cuius imago ē·z pducit
pen̄·Unde Theodolus·Greco r̄ primus
vestigat grāmata Cadmus·

Epigrus·epigri·m·ge·i·clauus quo ligno
lignū adhęret·Et dicitur ab epi·quod ē
sup̄·z agros qd est tractꝰ·q̄ sup̄ trahitur·

Epilema·mat̄·i·emplastrū·z dī ab epi·et lema vel lemos qđ ē vorago·q̄ sup lema i·vulneris vel vlcer̄ voragine ponat̄·

Epilensia·sic·est q̄dā passio sic dicta·quia mētē appēdēs parit̄ z corpus possideat· Grēci enī appetēsionē epilensiam vocāt Hēc passio dī caduca·z alias lunatio·et morbus comitialis·q̄ apud gentiles cuj comitiox dies cuidaj accidisset·comitia dimittebāt̄·Cui tanta vis est ut hō valēs cōcidat z spumet·Hos vulgus lunaticos vocat·eo q̄ semp lunę cursū cōtingat eis· Jn epilēsiacus·ca·cū·q̄ talē infirmitatem patit̄·Et epilētic⁹·ca·cū·pe·cor·ī eodē sen/

Epilogus·ga·gū·idē est qđ revolutio (sa· vel suplocutio alicuius rei·vel supdicto z breuis recapitulatio·

Epimelas dī cū in cādida gēma supnigrescit color·Vnde z nomē accepit ab epi et melon quod est nigrū·

Epimenia·nioz·plaralis nūeri·i·expēsę vel exenia vel tributa que dāt̄ p singulos mēses post defectū lunę·i·p⁹ nouiluniū·

Epimone est tropus ī theologia q̄n dictio repetit̄ ad maiorē certitudinē vel desideri expsionē·ut Amen amen dico vob̄· Alij dicūt q̄ epimone fit q̄n dictio nō tota repetit̄·sed pncipiū z finis variatur·ut Expectans expectaui dn̄m·Canens canebat Laudans laudabo·

Epinichia·oz· dī festiuitas z grārū actio p victoria p̄habita·Dn̄·2·Machab·8° dī Et cū epinichia agerent̄ hierosolymis z dī ab epi qđ est sup̄·z nichos quod est victoria·

Epinirion·sicut dicit glosa·interlinearis·j· Paralipo·15°·Jn citharis p octaua canebāt epinirion ꝛc·z interptat̄ victori deo triūphus z palma·Alia lra dicit epinichion quod ut dicūt interptatur victori deo palma vel victoris dei triūphus·

Epiphania·nię·f·p·i·supna apparitio z dī ab epi qđ est sup̄·z phania quod est apparitio·Vel dicit̄ ab epi·z phone sonus· Jnde epiphania quasi supnus sonus vl diuinus sonus·q̄ eo die vox p̄ris sonuit de cęlo·Hic est filius meus dilect⁹·Vel plenius z clarius sic p̄t dici·Epiphania quadruplici vocabulo nūcupat̄·ꝑm qđ quadruplici miraculo ista dies decoratur Hoc enim die magi christū adorant·Cū enī christus esset tredecim dierum·magi ad eum stella duce venerūt·z inde p̄prie dicit̄ epiphania·ab epi quod est supra et phanos quod est apparitio·Eadem etiā die revolutis viginti nouē annis z tredecim diebus in iordane baptisatus ē·z ob h̄ vocat̄ theophania·a theos qđ est deus z phanos apparitio vel phonos son⁹·q̄ deus trinitas tūc apparuit·pater in voce· filius in carne·spūsanctus ī colūbę specie Jpso iterū die āno revoluto·cū esset chri/ stus annorū triginta z tredecim dierum aquā in vinū mutauit in nuptijs·z iō vocat̄ bethphania·a beth qđ ē dom⁹ z phanos apparitio·q̄ miraculo facto ī domo· ver⁹ de⁹ apparuit Jpsa insup die·revoluto anno cū esset christ⁹ āno ꝛ trigītauinus z tredecim dieruz·satiauit q̄nq̄ milia hoīum de q̄nq̄ panib⁹·sicut dicit Beda Et ob h̄ vocatur phagiphania a phage vel phagin qđ est bucca vel māducare·z phanos apparitio·

Epiphia·oz·plis·nūeri ge·neu·sunt ornamenta equoz·ut frena vl pectoralia·Vñ Horatius·Optat epiphia bos piger·optat arare caballus·Jn epiphiare·i·equū totaliter ornare·

Epirhedium·dij·n·s·z epirhedia in plu dicūt ꝑprie parua z minora vehicula·

Episcopus·pi·i·p̄sul·z dī ab epi quod est sup̄·z scopim qđ est intendere vel specu/ lari·q̄si supspeculator z supintēdēs curā subditoꝝ gerens·Vel dī ab epi·z copos qđ est labor·q̄si suplaborās·s· sup gregez suū·z est nomē operis z oneris ut Papias dicit·ꝑm illud apli·Qui epatum desiderat·bonū opus desiderat·sed nūc magis videt̄ honoris q̄ oneris·Jnde h̄ z h̄ epal̄ z hoc le·z aduerbiū epaliter·z hic episcopatus·us·ui·z hoc episcopium·pij·i·dignitas vel offm̄ episcopi·

Episynallępha·f·p·i· cōcursus duarū vocaliū in eadem syllaba z in eadē dictione positarū cuj collisione vtriusq̄·Hęc alio noīe dī syneresis ꝑm q̄sdaj·Vñ dic̄ Papias·Episynallępha vel syneresis ē conglutinatio duarū syllabaruj in vnam·ut Neri p nerei·

Epistilium·n·s·est capitellū quod supponit colūnę·z dī ab epi·z stilus·q̄ supponitur stilo colūnę·Vñ epistilia dicūt̄ quasi sup stilos·i·sup colūnas·Et nota q̄ tres sunt partes colūnę·scilz basis·i·fundamentū· stilus scilicet illud rectū qđ sup basim erigit̄·Epistiliū ꝛo dī illud qđ stilo suppo/

Epistola·f·p·ē legati lr̄alis absenti p (nit̄· sonę vl absentibus mittentis plene siḡnat

voluntatē·z dī ab epi z stolon quod est missio·quasi sup̄ missio·qz sup̄ intētionez mittentis gerit officiū nūcq· vel qz epistola in dignitate p̄eminet simplici missioni Inde epistolaris·cō·t·z hoc re·qd̄ est epistolę·vel qd̄ ptinet ad epistolā · Et h epistolare·ris·z hoc epistolarium·i·liber epistolarum·

Epitaphiū·uij· n·s· est scriptura siue titul⁹ in lapidib⁹ sepulcro z script⁹· z dī ab epi z taphos qd̄ est tumulū vel sepulcrū·

Epithalamiū·mq·i·cantus q̄ fit sup thalamū·i·sup sponsum vel sponsaz· In epithalamius·mia·miū· vñ Hug· Papias dic Epithalamia sūt carmina nuptiarū · quę decantant a scholasticis in honorē sponsi z sponsę· Hoc p̄mus Salomon edidit in laudē christi z ecclesię·ex quo gentiles epithalamiū sibi vendicauerūt· Vnde Hieronymus in epistola ad Paulinū capitulo·7°· Salomon pacific⁹ z amabil· dñi mores corrigit·naturā docet·ecclesiam iūgit z christū sanctarum nuptiarum dulce canit epithalamiū·

Epithematicus·ca·cū·i·suppositus vel appositus· Vñ · Ipse ipsa ipsū dicit epithemateton·i·appositiuū·quia apponit·i·iūgitur cuz p̄ma z secūda z tertia psonis ·ut Ipse lego·ipse legis·ipse legit·

Epithetū·ti·ē adiectiuū quodlibet·z dī ab epi·z thesis·qz supponit· Sz p̄prie epithetū dī illud adiectiuū qd̄ cōuenit oī rei alicuius maneriei sed nō soli·ut cygni est epithetū albus·z corui niger· Item epithetū dī accidēs qd̄ est p̄prium·sed differūt ·qz epithetū est quod cōuenit oī rei alicui⁹ maneriei·sed nō soli · ut esse nigrum cōuenit coruo·sed nō soli· Propriū vo oīb⁹ vni⁹ maneriei rebus z solis cōuenit· Iñ epitheton dī quędā figura cū tale accidens, vel adiectiuū addit tali rei imediate·

Epitoma·tis·n·t· vel epitome·mes·i· abbreuiatio sermonis·z dī ab epi · z tomus vel tomos diuisio·p̄cisio · q̄si p̄fectio sermonis· Vñ Hieronym⁹ dic in epla ad Paulinū· Paralipomenon liber instrumēti veteris epitome tant⁹ ac talis est zc· Dicitur aūt epitomia abbreuiatio veteris testamēti qd̄ dī instrm·qz instituit in doctrina fidei z moy·z ponit h absolute p abbreuiationē qz breuit tāgit p̄missa· Iñ epitomatic⁹·ca·cū·i·breuiter dicēs vel dictus·

Epithymū·mi·i·flos thymi·z est tymbrę similis·z dī ab epi z thymū quod est flos· qz solet supponi a medicis alijs adiutorijs p̄cedentib⁹· Inde epithymicus ·ca·cū·i· cōcupiscibile· Et epithymū etiā dī thuribulum·qd̄ alio noīe dī thymiamaterium· a suppositione thymioz·qd̄ alio noīe dī thuricremulū· Vñ dī· Pone thymiama in thuricremulo·

Episensis est eiusdē verbi in eodē versu sine aliqua dilatione cōgemiatio· ut Me me· Itē· Consurge·cōsurge·

Epitrophiū·n·s· est dom⁹ in qua aluntur pauperes infantes·

Epos grece·latine dicit laus·

Epto·onis·i·memoria·

Epudoratus·ta·tū·i· extra pudorē positus·

Epudorus·a·ū·i·extra pudorē·i·verecūdiam impudēs·z dī ab·e·z pudor⁹ quod ē pudore plenus·

Epulū·li·n·ge·in singulari·z hę epulę·arū· in plurali elit eteroclitū genere z declinatione·dī quasi opulū ab opulētia rerum· Et dī vñ q̄sdam epulū p corporali·ß epulę·arū·p spūali·i·p refectiōe scię vel ꝛtuq Vñ Plato in Cthi· Venistis ad epulas vesternas·

Epulonus·ni·m·s·i·gluto·epulis deditus q̄ aliter dī ß epulo·onis· Vñ Aug⁹·d ciuitate dei · Epulones etiam deos Jouis parasitos esse dixerunt·

Epulus·i·lux·

E ante O

Equabilis·lis·cō·t·z ß le·z p syncopam ß z hęc ęqualis·z ß le·i·similis in qualitate· z dī ab ęquo ęquas· Inde hęc ęqualitas tatis·z ęqualiter·z p compositionez inęq̄bilis·vel inęqualis·inęquale· inęqualitas inęqualiter·inęquabilitas·inęquabiliter·

Equanimis·ę·t·z hoc me·z ęquanimus·a·um·i·ęqui z patientis animi· Inde ęquanimitas·tatis·i·animi ęquitas z patientia

Equarius·rij·i·custos equorum ·z dicitur ab equ⁹ equi· Inde etiam equaria·rię·

Eques equitis·cōis tertię·i·miles · Inde ß equitissa· fęmina equitans · z cor·e · sicut equus subitantiuū · Vnde quidam · Et modo vadit eques qui solet ire pedes·

Equester·cōis tertię·vel eq̄stris·z hoc equestre · vel potius vñ modernos hic equester·hęc tris·z hoc tre·qui vadit in equo·z dicitur ab equus equi · Vnde ·2· Machab·xi°· Apparuit p̄cedens eos equester·Equester etiaz vñ Papiā sumit p̄ro illo q̄ certaminib⁹ medius interuenit· per

quem vtraqz pars equam fidem sectatur z tunc videt dici ab equus equa equum.
Equestris etiã dignitas erat in his q romã cu lodiebãt. Nam z hi habent p absentibus reipublicę causa. Et dicit Accurs. q aliqui erant ꝑsidentes. qz simplex militia non erat dignitas.
Equidiũ. equidy idẽ q ęq̃noctiũ. q̃si ęq̃talis diera cu noctib⁹. Jñ b z h ęq̃dialis. z hoc le. i. ęq̃noctialis.
Equiferus. ri. m. s. pe. cor. i. ferus equus et silvestris. z dr ab equus z ferus.
Equimanus. na. nũ. q̃ equalit vtraqz mãu ad gladiũ vel ad aliud tenẽdũ vtit. z dr ab equus z manus.
Equinoctiũ. tij. i. equalitas noctiũ cu⁊ diebus. z fit bis in ãno. s. in festo sancte cruc⁊ z idib⁹ martij. Vñ. Equa cruc⁊ festũ dat tempora martis z idus. Jtẽ equinoctium est maxima dieꝝ artificialis z noctis adeq̃tio. Jñ b z h equinoctialis. z hoc le. z h ęq̃noctialis. lis. tam p paralello q̃z p coluro in quo fit ęq̃noctiũ.
Eq̃ricia. cę. vel equiria est armẽtũ equorũ vel vaccarũ. z dr a equus.
Equistariũ. stati. n. s. i. stabulũ vbi eq̃ stãt z dr ab equus z sto. stas.
Equitania. nię. q̃da⁊ terra. z dr ab ęq̃tate aq̃ cuius dã fluuij. qz fere eam cingit. vel p cõtrariũ. quia obliique eam cingit. vel dr ab aqua. Jnde ęq̃tanicus. ca. cũ. pe. cor. de illa terra existens.
Equitatus. us. ui. i. actus eq̃tandi. vel multitudo eq̃tã. Vñ in Cãt. Eq̃tatui in curribus Pharaonis assimilauite.
Equinocus. ca. cũ. quod vna voce plura significat. Et dscribit sic. Equinoca sũt q̃z solũ nomẽ est cõe z ꝑm illud nomen ratio substãtię est diuersa. ut cu⁊ aial significet aial verũ z aial pictũ. nomẽ est eis cõe solũ. z ratio substãtię vtriusqz ꝑm illud nomen est diuersa. Dicimus enĩ de leone picto in pariete. Ecce terribile aial. z de aiali vo quod est leo. idẽ dicim⁹. ęq̃uocãdo hoc aial ad vtrũqz. Jtẽ ęq̃uocatio sic describitur. Est eiusdem dictionis diuersa intentio siue sigtio. Vel ꝑm alios. Equiuocatio est cum diuersę rerũ rationes i eo dem noie simplicit vniunt.
Equor. oris. n. t. i. mare tranquillũ. z dr ab equalitate. Vñ. Cũ fremit esse fretũ. mare dicas cũ sit amarũ. Pontus ponte caret. sed ab equo dr equor
Equuleus. lei. m. s. ꝑ quodã tormento fac to ad modũ equi ꝑm Hug. Pa. vo dicit. Equulus vel equuleus dimi. ab equus i. parvus equus. vel genus tormenti.
Equus. qui. m. s. i. caballus. z dr ab equus equa equũ. eo q̃ eque currat. Vel dr ab equo. as. qz olim qñ equi quadrigis iungebant equabant. Jnde equa equę femina equi. z equinus. na. nũ. pe. pd. i. res equi. vel ad equũ ptinẽs. Et scribit p. e. solam. z corripit pmã. Sed equus. equa. equũ scribit p ae diphthongũ. z pducit pmam. Vñ. Non est dignus equo cui carior est equus equo. Miles pungit equũ. sed iudex iudicat equũ. Et nota q̃ nota equoꝝ z genera sũt diuersa. z diuersis de causis imposita. Equus nanqz est generale nomen oium equoꝝ. Caballus dr quasi caballus qz pede cauat terrã. vel qz pedẽ habet cauum ut dextrarius. Vel cabo dr equus castrat⁹. q̃si cauo. inde caballus quasi diminutiũ. i. vilis equus. Dextrari⁹ dr qz p dextrã ducit. Palefredus dr a passu z leni z freno z ducẽdo. qz leni passu p frenũ ducitur. z idẽ dr gradarius a gradu. z dr sic Gradarius est equus mollis incessus sine succussura incedẽs. Jtẽ pot dici mãn⁹ qz manu nitat z ducat. vel qz mãsuetudine manũ sequit. Veredus dr equus qui vehit rbdã. Badius dicitur equus q̃si vadius a vado is. qz fortius vadit int cętera aialia. Jpse est etiã spadix. quẽ frenatiũ vocant. Et dr spadix a colore palmę. quã sicuti spadicã vocãt. z ẽ glaucus. q̃ q̃si pictos habet oculos. z quodã splẽdore p fusos. Nam glaucon albũ greci dicunt Et scias q̃ equi nõ coeũt cũ matrib⁹ sicut nec cameli.
Equus. equa. equũ i. rectus. iustus. Et differt a iusto. qz iustus ex lege est quasi ius custodiẽs. Equus equa equũ. ex natura. Jñ ęq̃tas. tatis. z ẽ cõuenięntia rerũ q̃ cuncta coequiparat. z in paribus rationib⁹ para iura. vel iudicia desiderat. ut. C. ad. l. falci. l. fi. vbi gratia. Mutuasti mihi cẽtũ aureos mutuo. modo equũ est ut isti nũerationi cõueniat solutio ꝑm eandez qualitatem z q̃ntitatẽ. ut. ff. si cer. pe. l. mutuũ. Jtem dedi tibi damnũ centum aureoꝝ dignũ equũ z iustum est ut ꝑm eandẽ q̃ntitatem damnũ tibi resartiam. Equitas etiam dicitur q̃dã mitigatio temperans iuris scripti rigorem.

E ante R

Era·ɾę·f·p·i·pecunia ſiue moneta ⁊ dī ab
Eramẽtū·ti·n·s·eſt inſtrm de ɾe·ſicut (es·
ferramentū de ferro·⁊ dī ab es·
Erarius·ria·m·s·i·monetariuſ·⁊ hꝫ ɾaria·i·
monetaria·vel ɾarius ſiue ɾaria dicitur
quicūqꝫ vel quęcūqꝫ opaē in ɾe·Itē ɾa/
rius·ria·riū·qđ ad es vel ad ɾā ptinet·
Eregione·i·ex oppoſito·ſicut vna regio op
ponitē alij·ut cōtra eaꝫ diſtinguitē·⁊ eſt q̄/
dam irregularis vocū cōgeries potius qꝫ
compoſitio·
Ereus·a·ū·⁊ ɾeneus·a·ū· in eodem ſenſu·ſ·
qđ cōſtat ex ɾe·
Ergaſteriū·ria·n·s·eſt locus vbi aliqđ opꝰ
fit·⁊ dī ab erge qđ eſt opus· ⁊ ſterion qđ
eſt ſtatio·q̄ſi operaria·ſtatio· Et ergaſte/
riū dī magiſteriū qđ fit in tali loco·
Ergaſtulū·li·n·s·i·carcer ruſticus·⁊ locus
dānatoꝝ·ſcilꝫ ad quē rei ligati mittebāt
ɾibi opabantē ſibi iniūcta· Vñ Exo·6°·
de ergaſtulo ęgyptioꝝ dī· Inueniē etiaꝫ
q̄ñqꝫ,p carcere corpiſ in quo aīa in hac vi
ta teneē quaſi incarcerata· Itē ergaſtula
dicūē vincula ⁊ cōpedes quibꝰ illi q̄ erāt
in ergaſtulis ligabantē· Vñ Lucanꝰ ī·5°·
Vt pmū fortūa redit vulia ſolvit· Agmi/
na cōflato ſęuas ergaſtulo ferro exacuere
Papō·vo dicit·Ergaſtulū carcer vel locꝰ
vbi dānati marmora ſecant aut aliquid
operantē· Item ergaſtulū·durum opꝰ ali/
quod dī·
Ergata·tę·cō·p·i·opator vel vicinus·
Erga ęce·latine dī opus·
Erica·cę·f·p·dicitur ab vro·quaſi vrica·qꝛ
igneę ſit virtutis·
Ericanus·a·ū·pe·cor·q̄ canit cū ɾe·⁊ dicitē
ab es·ɾis·⁊ cano· Idem dī ɾiſonꝰ·
Ericius vel iricius eſt aīal ſpinis ſuis coop/
tū·⁊ dī ab erigo·is·qꝛ erigit ſe quādo ſpi/
nis claudit·quibꝰ vndiqꝫ,ptectꝰ eſt con/
tra inſidias· Nam ſtatim cū aliq̄d p̄ſenſe
rit p̄us ſe ſurrigit·⁊ ī globū cōuerſus ſe in
ſua recolligit arma· Huius q̄dā prudētia
eſt qꝛ vitē aſcēdit⁊ vuā exaccinat ut a cini
cadāt ſup trā·tūc ſpinis ſuis volutat ſe ſu
per illos ita ut acini figantē in ſpinis ſuis ⁊
ſic portat eſcā filijs ſuiſ· Idē aīal ē erinaciꝰ
⁊ urinacius· Quidā tñ dicūt q̄ ſūt diuer/
ſa aīalia· Dicūt enī q̄ erinacij ſūt aīalia q̄
cauernis petrarū aggregatim,pcedentia·
Erinacius figurā porcelli lactātis hꝫ· ſed
deforis ſpinoſus eſt·
Eridanus·i·padus·
Erinnys·nys·vel dis·i·furia infernal·⁊ dī
ab eris ɡręce quod latine dī lis· quaſi ad
litem ⁊ diſcordiā nata·⁊ pd·ri· Vñ q̄daꝫ
Ergeqꝫ notat litē·ſignat erinnys idem·
Eripes·dis·ge·ois·q̄ habet pedes ɾeos·et
dī ab es ⁊ pes·
Eris ɡręce·latine dī lis· Itē eris eſt verbuꝫ
futurū indicatiū de ſum es eſt·⁊ cor·pmā
Itē ɾis eſt gtūs hui⁹ nois es·⁊ pd· pmā
Vñ quidā· Verbū fiet eris·gtūs dī ɾis·
Eriſonus·na·nū·pe·cor·qui ſonat cū ɾe·et
dī ab es ⁊ ſono·nas· Idem ⁊ ɾicanus·
Erpica·cę·f·p·inſtrm ruſtico ꝫ ad terendaſ
glebas·⁊ trahitē a bobus· ⁊ dī erpica q̄ſi
arpica·ab arpe quod ē rapē· Vel q̄ſi ara/
pta·i arata ptēs·pus enī terra araē ⁊ po
ſtea erpicaē· Iñ erpicarius· qui erpicā fa/
cit vel trahit·⁊ pōt adiectiue declinari er/
picarius·a·ū· Inde ⁊ erpico·as·
Erro·onis·m·t·i·quilibet vagꝰ ⁊ inſtabiliſ
⁊ dī ab erro·as· Vñ Horatius ī pmonibꝰ
Teqꝫ ipſū vitas fugitiuuſ ⁊ erro· Vel er/
ro eſt puſillus fugitiuus·q̄ nō q̄dēꝫ fugit
ſed ex cōſuetudine quadā aberrare ſoletꝫ
frequentē ſine cā vagaē tpibuſqꝫ in rebus
nugatoriis cōſumptis· tandem licet ſero
redit ad domū·ut·l·ſi q̄s ſit fugitiuuſ·§·er
rorem·ff·de ędi·edic·
Erroꝛ ē qñ aliquid aliter cōtingit vt aliud
eſt qđ credit vel putaē·
Erroꝛ calculi eſt erroꝛ cōputatiōis· veteres
enī cōputabāt p lapillos· q̄ calculi voca/
bantē,p eo qꝛ pedibꝰ aliqñ calcantē·
Erroꝛ intolerabilis ē erroꝛ a iure reprobatꝰ
Eruca·cę·f·p·eſt modicus vermis frondiū
⁊ dī ab erodo·dis·quaſi erodia· Itē eru
ca eſt quędā herba·⁊ tūc dī ab vro·is· q̄ſi
vrica·eo qꝛ igneę ſit virtutis·⁊ in cibo ſępe
ſūpta veneris incēdiū ſępe moneat·⁊ coꝛ·
pe· Vñ Ouidius· Nō te minꝰ erucas iu/
beo vitare ſolaces·
Erugo·ginis·i·ſanguiſuga· Itē erugo vi/
tiū rodēs ferrū·⁊ ſegetes ⁊ naſcitē hęc coꝛ/
ruptio ex minutiſſima pluuia circa feſtuꝫ
ſancti Joānis·Et ponitē ſępe p amoꝛe pe/
cunię·⁊ dī ab erodo·eo qꝛ erodat· Vel dī
ab es ɾis·⁊ pm hoc eſt p̄pe ɾis· Vñ dī
erugo quaſi ɾis rubigo·ſicut ferrugo fer/
ri rubigo· Iñ erugineꝰ·nea·neū·i·de eru/
gine exiſtens·⁊ eruginoſus·ſa·ſū·i·erugi/
ne plenꝰ·⁊ p·ru· Vñ Matthęi·6°· Vbi
nec erugo nec tinea demolitē·
Erūna·nę·f·p·i·miſeria·inopia·calamitas
⁊ dicitē ab·e·⁊ rumē·quaſi extra rumē·i·ci/
bum· Inde erūnoſus·ſa·ſū·i·miſer·paup

inops·sic dictus·qz p̄ inopiā miser factus
esuriat·7 sitiat·Et erūno·nas·i·inopem et
miserū facere·
Erutus·ta·tū·pe·coz·i·eꝛ raptus vel erept⁹
aut euersus·Vnde Zacharię·3°· Torris
erutus de igne·

E ante S

Es·çris·n·t·dī ab aer·eo q̄ sit eiusdē color
cū aere·Inde b̄ çrariū·rį·locus vbi pecu
nia publica reponit·qz olim p̄us ibi es re
ponebat·Es enī p̄us olim fuit in vsū ·au
ro 7 argēto 7 ferro nōdū inuentis·ex q̄b⁹
metallis cęuis postea facta fuisset pecūia·
nomē tn̄ çrarį pmansit ab eo metallo·vn̄
pecunia initiū sumpsit·7 qz çs utpote p̄us
inuentum habebatur in vsu cuiuslibet me
talli·inde est q̄ inuenitur p̄ quolibet me
tallo generalit̄ 7 scribit̄ p̄ ae·
Esca·sçę·fę·p·ab edo es dī·7 dī esca ·eo q̄
ea3 os capiat·7 ē etymologia·Jn̄ escosus
sa·sū·i·escis plenus·pinguis·crassus·
Escale·lis·n·t· dī quodlibet vas ad escas
deferendas vel accipiendas aptū·
Escaria·rię·f·p·i·mensa escis plena·
Escarius·rį·m·s·q̄dā piscis sic dict⁹·qz so
lus escam ruminare phibet·nā alį pisces
non ruminant·
Eschynes 7 Demosthenes fuerūt duo ora
tores·Eschynes impugnauit cām Ctesi
phontį·7 Demosthenes defendit 7 p̄ualu
it·7 coz·pe·De his facit mētionē Hiero
nym⁹ in epla ad Paulinū·2°·capło·
Esculent⁹·ta·tū·i·pinguis vel escis plenus
Jn̄ esculētia·tię·i·pinguedo·crassitudo·
Esculetū·ti·pe·p·locus vbi multę crescunt
esculi·7 dī ab esculus·
Esculus·li·f·s·est arbor·cuius fruct⁹ esca ē·
7 ut dicūt q̄dā ē sorbus vel nesperus ꝟm
Hugį·Et ꝟm Pap̄·est arbor glandifera·
Esebon·interp̄tat angulū tristicię vel cogi
tatio męroris·
Esquilię·larū·plis nūeri q̄dam vicus romę
vbi erat vstrina publica· Vn̄ Juuenalis
Esq̄lias dictū q̄ p̄tūt a vimīe collē· Qui
locus dī hebraice carnariū · Et dī ille lo
cus·esquilię q̄si alitū escę·qz aues sibi come
dēbāt hoiuz cadauera· Vn̄ q̄dam mons
vicinus dictus est esquilinus·
Essedū·di·genus est vehiculi· Vn̄ Horati⁹
Esseda festinant·7 coz·pe·
Essentia·tię·f·p·i·substātia· vel ꝓprietas es
sendi· Jn̄ hic 7 hęc essentialis · 7 h̄ le· Jn̄
essentialit̄ 7 essentialitas ꝟm Hugį·Pap̄·
xo dicit·Essentia suba·natura· vel ętni
tas·eo q̄ semp̄ est · Et differt essentia ab
esse q̄ eē est act⁹ essentię·Essentia autē dī
cuius actus est esse·Subsistētia cui⁹ act⁹
est subsistere· Substātia cui⁹ act⁹ ē sbsta
Estas·statis·f·t·est quarta pars āni·7 (re·
est calida 7 sicca · Et sūt q̄ttuoz tpa anni·
sc3 hyems· ver·çstas·autūnus· Vn̄·Dat
Clemēs hyemē· dat Petr⁹ ver cathedra
tus·Estuat Urban⁹·autūnat Bartholo
Estacula·le·dimi·i·parua çstas· (mę⁹·
Estifer·fera·ferū·pe·coz·i·ferēs çstatem vel
çstū·7 dī ab çstas·vel çstus 7 fero·
Estinus·na·nū·i·ad çstatē ptinens· Vnde
Estiua·uoz·pl̄alit̄ dicunt̄ loca in nemori
bus vbi in çstate bestię sub vmbra morāt̄
ut vitent calorē · Jtē ab çstas vel çstinus
dī hic 7 hęc çstiualis·7 hoc le·i·ad çstatez
vel ad çstuū ptinens·
Estor·oris·i·vorator· epulo·māduc⁹·man
dax·ardelio·7 dī ab edo·es·
Estrix·cis·f·t·i·mulier gulosa·
Estus·us·ui·dī q̄si vst⁹·i·calor·feruor· Jn̄
çstuosus·sa·sū·i·plenus çstu·
Esus·sa·sū·i·comestus·corrosus·

E ante T

Etacula·le·dimi·i·parua ętas·
Etas ętatis·f·t·dī ab ęuo·q̄si ęuitas· Etas
plerū q̄z p̄ vno anno 7 p̄ septē 7 p̄ centuz
7 p̄ quouis tpe sic dicta·q̄si ęuitas·scilicet
similitudo ęui· Nā ęuū est ętas p̄petua·cu
ius nec initiū nec finis extremus noscitur·
qd̄ gręci vocāt eonas·qd̄ aliq̄n apud eos
p̄ sęculo·q̄nq̄z p̄ eterno ponit̄· Vn̄ apud
latinos est dēriuatiuū ab ęuū vel ab eē p̄
pter eius durabilitatē· Jtē ętas dī duo
bus modis·aut mūdi aut hoīs · Mundo
aūt nō assignant̄ ętates q̄z tū ad subam·
q̄ sic imp̄petuū durabit·z q̄ntū ad statū·
sic enī trālibit mūd⁹·qz p̄terit figura mun
di ꝟm ap̄lm·Figura inq̄t nō est suba · Et
sic mūd⁹ antiquat̄ 7 senescit·7 ꝟm h̄ distin
guunt̄ mūdi ętates metbaphorice ad simi
tudinē ętatis vni⁹ hoīs · Variant̄ enī in
hoīe ętates ꝟm diuūsas notabiles varieta
tes in statu ipsius· Vn̄ p̄ma ętas hoīs dī
infantia vsq̄z ad septem annos · Exinde
vsq̄z ad quattuordecim ānos ē ętas secū
da·scilz pueritia· necdū ad generandum
apta· Vn̄ puer dī a puritate·qz purus est
necdū lanuginē 7 florem habet genarum
Tertia ętas est adolescētia ad gignendum
apta 7 adulta· q̄ p̄rogat̄ vsq̄z ad vigniti

octo annos·q̄ tres ętates cōputant' qñ cū p vna· Quarta ē iuuēt⁹ firmissima oium aliarū ętatū finiens in q̄nquagesimo āno Quinta est seniorꝭ·i·grauitas· q̄ est dēclinatio a iuuentute in senectutē nōdū senectus·sed iam nō iuuēt⁹·qr seniorꝭ ętas est·quā greci p̄sbyten vocāt· Nam senex apud grecos nō p̄sbyter·sed geron dī·q̄ ętas a q̄nquagesimo anno incipiēs·in septuagesimo anno terminat' · Sexta ętas est senectus·q̄ nullo anno r termino finit'· sed post illas q̄nq; ętates q̄tumcūq; vitę est senectuti deputat'·Senū autem est vltima pars senectutis·durās vsq; ad finē dicta sic·qr terminus sextę ętatis· Etates aūt mundi sic distinguunt' · Nam prima ętas mūdi fuit ab Adam vsq; ad Noe·i q̄ fuit generis hūani institutio r lapsus· Secūda a Noe vsq; ad Abraaz·in qua fuit generis hūani destructio p diluuiū· r renouatio · Tertia fuit ab Abraā vsq; ad Dauid·in qua fuit circūcisionis r legꝭ institutio· Quarta a Dauid vsq; ad trās migrationē Babylonis siue Judęi Babyloniā·in qua lex floruit sub regib⁹ r p̄phetis·Quinta a trāsmigratione Babylonis vsq; ad christū · in qua fuit ppli captiuatio r liberatio· Sexta a christo vsq; ad finē mūdi·in qua est generis hūani redemptio· In septima ḡ ętate r vltima venit christus· Dñ dicit apls ad Corꝭ·Nos sumus in quos fines sęculoꝝ deuenerūt· Et nota q̄ a p̄ncipio mūdi vsq; ad incarnationē christi fluxerunt anni q̄nq; milia ducenti vigintiocto· sicut dicūt Prosper r Eusebi⁹ cęsariēsis r Hieronym⁹ i chronicis suis· Orosius aūt p̄sbyter scribēs ad Augustinū dicit sic· Sunt ab Adā p̄mo hoīe vsq; ad Ninū magnū ut dicūt regē qñ natus est Abraam·anni tria milia centū octogintaquattuor·qui ab oīb⁹ historiographis vel omissi vel ignorati sunt· A Nino aūt vel ab Abraam vsq; ad cęsarez Augustū·i·vsq; ad natiuitatē christi·quę fuit anno imperij cęsaris quadragesimosecūdo facta pace cuz parthis iam porte non'clausę sunt r bella toto orbe cessauerūt·colligunt' anni duo milia q̄ndecim·r sic colligunt' anni q̄nq; milia centū r nonagintanouē a p̄ncipio mundi vsq; ad christum·

Etas legitima semp intelligit' de naturali nō d' ea q̄ p p̄ncipis bñficiū implet'·ut·C· de bis q̄ ve·ęta·impe·l·vlt̄·

Etas pupillaris est minor·xiiij·annis ī masculis·in femina·xij·ff·de·v·sig·l·pupill⁹·

Etas pubertatis diuersimode accipit'·Nā in nuptijs cōtrahēdis ętas pubertatis ē in masculo·xiiij·annis·r in femina·xij·ānis· ut Jnsti·de nup·in p̄n·ca ibi no·Nō aūt idem temp⁹ requirit'·ꝫ alimēta requīt' vsq; ad pubertatē q̄ debent' masculo ad·xviij· annū·femine aūt vsq; ad·xiiij·ff·de ali· et ciba·l·mela·ait in p̄n·

Etatis venia est p̄uilegiuz quod impetrat minor a p̄ncipe ut habeat' p maiore· Jmpetrat aūt eā masculus maior·xx· annoꝝ femina aūt maior·xviij·ut·l·q̄·C·de his qui ve·ęta·impe·

Eternus·na·nū·dī ab ętas·s·q̄d caret p̄ncipio r carebit fine·scilicet q̄d nō habuit p̄ncipiū suę essentię·nec habebit finē qualis est solus deus· Jñ ęterne aduer·Et ut dicit Boeti⁹ in q̄nto libro de cōsolatione Eternitas est interminabilis vitę tota simul r pfecta possessio·Et nota q̄ ęternū ē q̄d caret p̄ncipio r fine· Perpetuuz q̄d in tpe incipit esse r caret fine· Sempiternū ē q̄d cū tpe incipit eē r ī tpe desinit eē· Temporale est q̄d in tpe incipit eē r in tempore desinit esse· Solus ergo deus ęternus ē· Angeli r aię perpetuę sūt· Mūd⁹ r tpus sempiterna· Temporalia sūt hoīes r hoīuz facta Jtē ab ętern⁹·hic r hęc ęternalis r hale· Jnde ęternalitas·tatis· r ęternalit' ad·

Etherteris·m·t·est supius elemētū·s·(uer· ignis r est nomē grecū · Jñ ęthereus·a·ū· r h̄ ętha·ęthrę·i·splēdor ętheris· Vnde illud ī hymno· Quez tra pont⁹ ętha colūt adorāt p̄dicant· Quidam tñ legūt ibi ętherа·ita q̄ sit ntī casus·dicim⁹ enī ętherem vel ętherа· Jñ h̄ ętherа ętherę·ꝫ ętha fm Hug̃·debet dici·Cōis tñ ecclię vsus dicit ętherа· Jtē ęther dī supior ps aeris·

Eteroclitū dī dictionū irregulariū contra regulas artis grāmaticę variatio · Vel ē sig̃ti vel cōsig̃ti in vna r eadez parte oratonis variatio·r dī ab eteron q̄d est variū r clisis declinatio· Etiā eteroclitū est diuersitas viarū· Jtem eteroclisis est varia declinatio·q̄ habet fieri quattuor modis·genere·ut cęluz·li·in singulari · Jn pli vo hi cęli·lo r· Compatione·ut bon⁹ melior optimus· Declinatione·ut vas q̄d in singulari est tertię declinatiōis r in pli secundę· Sensu siue sig̃tione·ut ops opz·in singulari p auxilio· Jn pli vez opes p diuitys·

Eterogeneus·nea·neū·pe·cor·i· diuersarū

naturarū·7 dī ab eteros vel eteron·qđ ē diuersū·7 gen⁹ qđ est natura·ut patet in hoīe q̄ est tot⁹ eterogeneus·i·diūsarū naturarū·Hoc etiam patet in partib⁹ orga nicis·ut in manu vel in pede· qr manus et pes cōstat ex rebus diūsarū naturarū·puta ex pelle·carne· neruis· ossibus 7 venis· Sz alit ē in homogeneis·qr in homoge neis totū 7 ps sūt vni⁹ nature·sic frumētū pip·vinū·argentuz·caro·7 ossa·qr q̄libet ps frumēti frumētū ē·7 sic de alijs·Et dī homogenū ab homos qđ est vnū·7 genus natura q̄si vnius nature·

Ethicus·a·ū·pe·cor·i·moral·7 dī ab ethos qđ est mos· Jn ethica·ce·i·moralitas·vel sc̄a q̄ tractat de morib⁹·Et ethicus·a·ū· i·ppriū ꝑm Hug̃·Jtē ut dic̄ Pap̄·Ethi ca genus febris ē·cuius tres sūt spēs·pma secūda 7 tertia·7 habet esse in mēbris·De pma leuiter liberat aliq̄s·de secūda vix·ō tertia nunq̄·

Etymologia est expositio vni⁹ vocabuli p aliud vocabulū·siue vnū siue plā magis notū vel magis nota in eadez lingua vel diuersis ꝑm rerū ꝓprietatē vel lr̄arū similitudinē·ut lapis q̄si lędens pedē·piger q̄si pedib⁹ eger·7 dī ab etymos vel etymon grece qđ est verum latine·7 logos sermo· Jn etymologicus·a·ū·i·figuratiu⁹·vl qđ ptinet ad etymologiā·vel q̄ etymologi çat·Jtē etymologia ē vna spēs grāmatice scię docēs de sigtis vel cōsigtis dictionū·q̄rū sūt q̄ttuor·scilz ortographia·ety mologia·diasynthactica·7 ꝓsodia·

Ethiopeia·peię·f·p·i·cōfirmatio mor̄·in q̄ hois ꝑsonā fingim⁹ ꝑ exp̄mēdis effectibus ętatis·studij·fortitudinis·lęticię·sensus mgroris audacię·7 dī ab ethos qđ est mos 7 poio pois·i·fingo·gis·ꝑm Hug̃· Pap̄·dicat·Ethiopeia est cū sermonē ex aliena ꝑsona inducim⁹·ut cū fingim⁹ per sonam mulieris vel vocē·

Ethiops·p·ps·scribit·7 cor·pe·tam ī ntō q̄ in obliquis· Et ęthiopes dicti sunt a filio Cham q̄ vocatus ē Chus·a quo originez traxerūt·Chus enī hebraica lingua ęthiops interp̄tat·Jn̄ ęthiopia·pię·f·ge·qđ interp̄tat tenebrę·Jn̄ ęthiopic⁹·aū·ū·et ethiopius·pia·piū·amb⁹·gentilia·

Ethos grece·latine·dī mos

Etna·nę·est mons sicilię exignez sulphure dictus·

Ethnicus·ca·cū·pe·cor·i·gentilis·

Ethnos grece·latine dī gens·

Ethronus·na·nū·pe·cor· q̄ nullū hz̄ thro nū·scilicet q̄ nullā partē regni habet·7 dī ab·e·7 thron⁹·q̄si extra thronū·

E ante U

Eu grece latine bonū dī· Vel ꝑm Papiaz Eu vox rīdentis·Eus ho adverbiū ēvocantis·

Eua interp̄tat vita·siue calamitas·siue vę Vita·qr origo fuit nascendi· Calamitas 7 vę·qr ꝓpt̄ ꝓuaricationē causa extitit moriendi·Et cadēdo enī nomē assumpsit calamitas·q̄si cadamitas·

Euan·tis·m·t·i·bacchus·dictus sic a voce sacrificantiū ꝓclamātiū euoe· Vel dī ab eu qđ est bonū·q̄si bon⁹ deus·

Euangeliū·bona ānūciatio interp̄tat·Grece enī eu bonū·latine angel⁹ nūci⁹ interp̄ tat ꝑm Pap̄·Hug̃·aūt dicit·q angelus dī ab agios qđ est sanct⁹·inde h euāgelium·i·annūciatio·qđ cōponit ab eu qđ ē bonū·v·vocali cōuersa in cōsonantē·7 fit euāgeliū·i·bonū nūciū· Jn̄ h euangelista·stę·qui euangeliū cōposuit·

Eucharis·ris·vel charidis·i·hō bn̄ gratio sus·7 cor·cha· Dn̄ Ecq·6°·Et lingua eucharis in bono hoīe abūdabit·

Eucharistia·stię·i·bona gr̄a vel gratiarum actio·7 dī ab eu qđ est bonū 7 char gr̄a· Vel eucharistia dī sacr̄m panis 7 calicis scz sacrificiū corpis 7 sanguinis christi·

Euchius·chij·i·bacchus·7 dī ab eu qđ ē bonū·7 chios filius·quasi bon⁹ fili⁹·q̄ nomine eū Jupiter noīauit·cū gigantē inter

Eudoxia·xię·f·p·i·bona glia·claritas·(fecit

Eudulia·lię·f·p·i·bonū seruitiū·7 dī ab eu· qđ est bonū·7 dulia qđ est seruitus·

Euentus·us·ui·i·casus·finis·ꝓncipiū·Vñ Ouidius·Exitus acta ꝓbat careat ut successibus opto·Quisq̄s ab euētu facta notāda putat·De p̄dict trib⁹ sigtionibus dicit q̄dā·Euent⁹ dic ꝓncipiū·finē q̄z casuz

Eueus filius Chanaan·a quo dicti sunt eueī·Ipsi sūt 7 gabaonitę de ciuitate gabaon q̄ supplices venerūt ad Josue·

Eufemia·mię·i·bona fortuna·ab eu qđ est bonū·Jn̄ q̄dam virgo dicta est eufemia· q̄si bene fortunata·

Eufortuniū·nij·i·bonū fortuniū 7 dī ab eu quod est bonū 7 fortuniū·

Euphrates huius euphratis·vel euphrate mas·ge·7 h euphrate huius euphrates·ē fluuius mesopotamię de paradiso exiens copiosissimus gemmis·qui per mediam

babyloniã influit· ℬ ab vbertate nomẽ ac
cepit· Nam hebraice euphrata fertilitas
interp̃tat· Mesopotamiã in q̃busdã loq
ita irrigat sicut nilus alexandriã· ⁊ pd· pe·
Vñ Lucan⁹· Tigris ⁊ euphrates vno se
fonte resoluũt· Jtẽ ℨuroza· Frugifer eu/
phrates natat hic q̃ plurima pfert·
Euphratẽus· tẽa· tẽũ· dr̃ ab euphrates flu/
uio· ℬ effratẽus p duo· f· ab effrata venit·
Euphonia est pulcra locutio· ut meridies p
medidies· Et ꝑm quosdam fit dupliciter
Vel qñ lr̃a trãspõit· ut Nobiscũ· p cũ no/
bis· Vel scribit⁹ ⁊ nõ pfert· ut Circũeo cir
cũamicto· ꝓpter malã consonorositatẽ et
dr̃ ab eu qd̃ est bonus ⁊ phonos son⁹· q̃si
bona sonoritas vel bonus son⁹· Jnde eu/
phonicus· a· ũ· i· bene sonans· Et excusat
cacephaton ꝑm doctrinale· Vñ· Cũ reti/
ces q̃ turpe sonant euphonia habet·
Eugenes· pe· cor· grẽci dicũt· qd̃ nos inge/
nuos vel nobiles· i· boni generis dicim⁹
Euictio ꝑm ℨço· in sũ· sic diffinit· Euictio
est rei emptẽ vel ex alia iusta causa accep/
ta p sn̄iam iudicis abductio· vel ut petat
alio euincẽte omissio· Nec enĩ semp est ne
cessariũ rẽ ab duci ut videt⁹ euicta· ut· ff· d̃
euict· §· i·
Euidens· tis· oĩs ge· i· clarus vel apt⁹· Jñ
ℍ euidẽtia· tiẽ· i· aptio vel claritas· Et cõ/
pon⁹ cũ· in· ⁊ dr̃ ineuidẽs oĩs ge· i· obscu/
rus vel inaptus· Jñ ineuidẽtia· tiẽ· i obscu
Euilath filiuſ Chus· a quo getuli· i· (ritas·
mauri· Jtem euilath dr̃ ꝓpriũ terrẽ·
Euitatus· a· ũ· i· valde vitatus vel euident⁹
vitatus· ⁊ dr̃ ab euito· tas· Vel põt cõpo/
ni ab· e· ⁊ vita· ⁊ tũc euitat⁹· i· vita ꝑuatus
Vnde dicit Papias· Euitatus· i· vita p/
uatus· i· pterritus·
Eulogium· gĩ· n· s· i· sapĩa· vel bona fama·
vel testimoniũ· vel cantus· Jtem eulogia
dicuntur laudes electẽ ⁊ sĩmatim collectẽ
ut si q̃s in imagine alicui⁹ laudes scribat·
eulogia dicunt⁹· Jtẽ eulogia· giẽ· f· ge· dr̃
ab eu qd̃ est bonũ· ⁊ logus· ⁊ sũt elogiẽ be
nedictiones· salutationes· ⁊ bonẽ donatio
nes· Vñ in decret· xvi· dis· de eulogijs ad
sacra cõcilia cõstitutis· Jnde elogic⁹· a· ũ·
⁊ eulogius· gia· giũ· i· benedict⁹·
Eumenis· dis· f· g· furia infernalis· q̃si ĩ bo/
no deficiens· ⁊ dr̃ ab eu qd̃ ẽ bonũ· ⁊ me/
ne defectus· ⁊ cor· pe· Vñ Grẽcasm⁹· Eu/
menides q; deficiũt bonitate vocant·
Eunuchus· chi· m· g· grecũ est· i· spado· Et
eunuchia· chiẽ· i· facies· Sz eunuchiẽ· a· z
sunt delitiẽ·
Euocatio est dictionũ diuersarũ intransiti
na adiũctio· ita q̃ vna trahat⁹ ad impro/
prietatẽ alterius· ut ego Petrus lego·
Euphemismos ẽ bona verbi ꝑ verbo muta
tio· ut Exultabit lingua mea iusticiaz tua
i· exultãdo pnũciabit· ⁊ dr̃ ab eu qd̃ ẽ bo/
nũ· ⁊ phemismos qd̃ est mutatio· quasi bo
na mutatio· Vñ Euphemismos erit ꝑ ver
bo ponere verbũ· Exultat dñi vocem lin/
gua mea supni·
Eupolis· fẽ· t· pe· cor· latine eupoleos grẽce
i· bona ciuitas· ⁊ dr̃ ab eu qd̃ est bonũ· et
polis ciuitas·
Euprepia· piẽ· i· pulcritudo· decor·
Euripus· pi· m· s· i· maris ẽstuatio· vel loc⁹
in mari periculosus· ⁊ dr̃ ab eu qd̃ est bo/
nũ· ⁊ ripa quasi bona ripa· ꝑ contrarium·
Vñ Boetius· Estuãtis more fer⁹ euripi·
ꝑm Hug⁹· Pap̃· dicit· Euripus est redu
ctio maris vel aquarũ· qd̃ fit ꝑm cremen/
tũ vel decrementũ lunẽ·
Euroauster· stri· est ventus collateralis· et
dr̃ ab euro ⁊ auster· qz est inter eurũ ⁊ au/
strũ· Jnuenit⁹ etiam euroaquilo·
Europa fuit filia ℨgenoris reg⁹ libyẽ· quã
Jupiter ab africa raptã· cretam adduxit·
⁊ ab ea tertiam partẽ mũdi europam vo/
cauit· Jñ europic⁹· ca· cũ· ⁊ europius· pia
piũ· Et nota q̃ sũt tres partes mũdi· s· eu/
ropa· libya· ⁊ asia· De quibus Lucan⁹ in
6°· Europã miseri libyam asiãq; timere·
Eurus· ri· m· s· est ventus flans ab oriente
⁊ dr̃ ab eos eor· quasi ab eoo ruens·
Eusebia· biẽ· i· pietas· Jñ eusebius· i· pius
⁊ cõponit⁹ ab eu qd̃ est bonũ· ⁊ sebes qd̃ ẽ
pietas· quasi bona pietas· Vnde etiã grẽ/
ce ciconia dr̃ eusebes· i· bonẽ pietatis auis
Fertur enĩ q̃ sicut alit⁹ a parentibus duz
prava est· ita postmodũ senes parẽtes alat
Eustochiũ· f· s· i· bene fortunata· ⁊ dr̃ ab eu
qd̃ ẽ bonũ· ⁊ tuchis qd̃ interp̃tat⁹ fortuna
Euticiani q̃dã hẽretici dicti ab Eutice con
stantinopolitano abbate· q̃ christuz post
hũanã assũptionẽ neganit existere ĩ dua
bus naturis· sed solã dĩnaz asserunt in eo
esse naturam·
Euũ· n· s· i· sẽculũ vel tempus vel spaciũ qd̃
cũ mũdo cẽpit esse· ⁊ dr̃ ab hoc infinitiuo
esse· Euũ etiã est p̃sentarius status oĩum
quẽ sũt ⁊ fuerũt ⁊ futura sũt· i· in cui⁹ p̃sen/
tia sũt oĩa p̃terita ⁊ futura tanq̃ p̃sentia·
Jñ ẽuiternus· na· nũ· ⁊ ẽuitaneus· a· ũ· i·
pdurabilis in quo·

E ante X

Exactio·onis·f·t·i·iniusta petitio·
Exactor·oris·i·iniustus petitor·
Exactus·a·ũ·i·pfect⁹·pquisitus·delectabi/
Exallage ẽ mutatio qñ p nũero plĩ (lis·
singularis ponit·
Examẽ·inis·i·filũ mediũ quo trutina z sta/
tera regit z lances ęquant·Dñ z in lãceis
amẽtũ dr̃·Del examẽ dr̃ lingula q̃ in fo/
ramine trutinę vertit huc z illuc· ꝑm quã
cõsiderat ęqualitas ponderatorz·Vnde
z examẽ dr̃ iudiciũ·discretio·ꝓbatio·in/
q̃sitio·Examẽ etiã dr̃ apũ cõgregatio·et
p translationẽ hoĩnz·
Exanguis·cõ·t·z hꝫ gue·i·extra sanguinem
vel pallidus·z dr̃ ab ex z sanguis·
Exanimat⁹·a·ũ·i·debilitat⁹· pterrefactus·
consternatus·
Excedra·dręe·ab hydor vel hydro quod ẽ
aqua·dr̃ hic hydrus vel hydra serpens
aq̃tic⁹·De hydra legit q fuit draco mul/
torũ capitũ·qualis fuit in leerna palude
ꝓuincię archadię·Hęc latine excedra dr̃
qr vno cęso tria capita excrescebãt·Sz hꝫ
fabulosũ est·Nam constat hydrã locum
fuisse vomẽtẽ aq̃s vastãtes ciuitatem vi/
cinam·in quo vno meatu clauso multi erũ
pebãt·Quod Hercules videṡ·loca illa
cõbusit·z sic aquę meatus clausit vnde z
hydrã dr̃ interfecisse·Et nõ q ĩ aliq̃bꝰ li/
bris scribit excedra p·d·z tũc ẽ etymolo·
excedra quod excelsa hydra·In aliq̃bus
p·t·excetra q̃si excelsa tria Et ista lr̃a coĩor
est z habet mediã naturalit ꝓductã·Exce
trę aũt cõparat Hieronymꝰ emulũ suum
ꝓter detractionis sibilum·vel forte qr qñ
aufertur vna via detrahendi·inuenit de/
tractor aliã viã vel plures·Vnde in ꝓlo/
go Esdrę dicit· Itaq; licet excetra sibilet
victorq; Sinon incẽdia iactet· Sinon
aũt fuit q̃dam ꝓditor·cuiꝰ insidijs capta
fuit troia· Et ideo dr̃ victor cui cõparat
Hieronymꝰ emulũ suũ detractionis incẽ
dia iacientem·
Excelsus·a·ũ·i·altus vel sublimis·Jn excel
situdo·inis·i·altitudo·sublimitas·
Exceptio est rei defensio·ꝑ quã se defendit
z tuet ab actore·Et ꝑm Alęo·in sũ·C·e·ti·
qñq; ponit large z impropꝛie ꝓ oĩ defen/
sione ꝓut reo competit· etiã si nulla acto/
ri cõpetit actio·Et tũc q̃dam vocãt eã ex/
ceptionẽ facti·ut qñ sine actione quis ca/
lũniose ponit

Exceptio dilatoria est quę causam differt·
ut Jnsti·e·§·appellant·
Exceptio peremptoria ꝑm spe· vocat sic· qr
actionẽ vel intentionẽ agentis perimit·
Exceptio ꝑpetua est quę ꝑpetuũ habet effe
ctũ·ut cũ petis a me debitum·excipio q tu
remisisti mihi· Hęc exceptio ꝑpetua dici
potest·z ꝑpetuo cõpetit qñcũq; actor agit
qr exceptio nõ cõpetit nisi q̃s agat·ff·d ex
cep·l·exceptio·
Exceptio tpalis est quę ad tps vtilis est ut
cũ petis debitũ·excipio q fecisti pactũ me
cum de nõ petẽdo·Hęc exceptio vsq; ad
annũ vtilis est· postea ꝙ nõ· de qua de
rescrip·c·plerũq;·
Exceptio anormala est q̃ nõ sequit normã
aliarũ·qr potest opponi ante litis cõtesta·
z post z infra litis cõtesta· ut exceptio ex/
cõicationis z alię·scilz de quibus dubita
tur an sint ꝑpetuę an tpales·ut exceptio
matrimonij z exceptio nõ nũeratę pecunię
z nõ nũeratę dotis·ut no·Jnsti·de excep·
§·appellantur·
Exceptio rei iudicatę nõ potest opponi· qñ
fit sup eadẽ re·z qñ est ex eadẽ causa z ea/
dem persona·
Exceptorius·a·ũ·dr̃ ab excipio·pis· Exce/
ptoria sũt q̃ excipiũt vel debent excipi·
Excidiũ·cidij·i·destructio vel euersio·vel ca
sus·Jñ excidiosus·a·ũ·i·excidio plenus
Exciduus·dua·duũ·qd facile cadit·
Excipulũ·li·i·venabulũ·z dr̃ ab excipio·is
eo q accipiat aꝑtũ veniẽtẽ·
Excipuus·a·ũ·i·ꝑ capuus z melior·z dr̃ ab
excipio·pis·qr meliora solẽt excipi z eligi·
quasi extra alia·
Exclamatio·est cũ frequent clamat·ut O
quantis·o quibus·o qualibꝰ es viduata
Excluſor·oris·q̃ z exclusarius dr̃·i·ianitor
qui foras excludit hoĩes·
Excolens·entis·oĩs ge·qui excolit·vel pu/
rus z delicioſe z diligent paratꝰ·z tũc cõ/
parat excolẽs·tior·tissimus·Dñ Joãnes
cassianus dicit·Excolẽtiores cibi aię non
adimũt puritatẽ·si cũ moderamine sumã/
Excolitꝰ·ta·tũ·i·bñ cultꝰ z diligent·i (tur·
Excoĩcatio·f·t·est extra coĩonẽ ecclesię sepa
ratio·vel censura ecclesiastica excludẽs a
coĩone fideliũ·xi·q·iij·c·nihil·z·§· euident
Vel ẽ ętnę mort dãnatio·xi·q·iij·nemo
epor·z·c·nullã·Et excoĩcationis duę sũt
species quę frequent vsitant·de quibꝰ·iij·
q·iiij·Engeldrudã· Vna quę maior est z
dr̃ anathema·z excludit ab ingressu ecclię

ꝛa coione fideliū ꝛa sacramētis. Alia mi/
nor. q̄ solū sepat a sacramēto ꝛ ꝓceptione
de qua in. c. Si celebrat. de cele. missa. ex
nostris.

Exconsul est qui desqꝫ esse consul.

Excors. cordis. ois ge. i. iners. fatuus. insipi
ens. ꝛ dr̄ ab ex ꝛ cor. quasi extra cor. Et in
codē sensu ex. e. ꝛ cor. dr̄ ecors. dis. ge. ois
q̄si sine corde. Vñ Horatius in epi. Sub
dña meretrice fuisset turpis ꝛ excors.

Excrementū. ē qd̄ superexcrescit. ut in arbori
bus qd̄ putat̄ seu qd̄ expuim⁹.

Excubię. arū. i. vigilię. custodię. insidię.

Excusatio est alicuius iustę causę allegatio
in defensionē vel supportatione alicui⁹ ne
cogat̄ cōparere in iudicio. de q̄ in lege. ꝫ.
ff. si q̄s cautionibus.

Excusator. ꝑm dr̄. ço. est qui venit ad ꝓponē
dum causas absentię alicui⁹ qui nō pote/
rat simul ratione sui vel causę ꝓcuratorez
constituere. ut in causis crimialib⁹. in q̄b⁹
licet ꝓcurator nō interueniat. tñ allegatis
causis absentię. bene admittit̄. ut in. l. ab/
sens. ff. de ꝓcura. vel vocatus erat ut per/
sonaliter cōpareret.

Executor. ꝑm spe. ē officialis. ꝑ quē litis exe/
cutio vel ipsius causę ꝓparatio iubente in
dice suo expedit̄. Vel ꝑm dr̄. ço. ꝓprie ē ille
qui discussam causam ꝛ sententiā execu/
tioni mandat. qui etiam in iure vocat̄ ap/
paritor.

Execratio. onis. f. t. i. maledictio vel detestа
tio. Hñ execrabilis. i. detestabilis.

Execratus. a. ū. i. maledict⁹ vel excōicatus.

Exedra. dręi. cathedra. thronus. sedes. sel
la. suggestus. Vel exedra ē camera secre/
ta. vel locus thesauri. vel loc⁹ subsellior. i.
absida vel camera. vel locus q̄dā̄ separa/
tus modicū a ꝑtorio vel pallatio. Vel ex/
edra genus est fenestrę quę exterius dila/
tatur. sed interius coartat̄. Itē inuenitur
exedra ꝑ gaçophylatio ꝛ etiā ꝑ thalamo

Exemplū. pli. dr̄ ab amplus. pla. plū. ꝛ dr̄
illud qd̄ fit. Hñ exēplar. aris. ad cui⁹ simi/
litudinē fit. Vñ quidā. Exemplar gen⁹ ē
exēplū quod trabis inde. Vel exemplar
liber est. exēplū quod trabis inde. Et ē exē
plum alicuius dicti vel facti ꝑterriti ꝓposi/
tio. cū certi autoris noie. ut Dēs ꝑ supna
patria laborare debem⁹ sicut fecit apostо/
lus qui tot verbera passus est. Item exem
plū est quędam species argumentationis.
ꝛ ꝑm b exemplū est. quādo fit ꝓcessus ab
vno particulari ad aliud. ut athenienses
pugnare cōtra thebanos est malū. ḡ the/
banos pugnare cōtra focēses est malum.

Exemplaris dr̄ illa substitutio q̄ fit filio fu/
rioso seu mēte capto in euētu mortis in fu/
rore seu non sana mente.

Exemptus. a. ū. i. subtract⁹. sublat⁹. extra/
ctus ꝛ dr̄ ab eximo. mis. q̄si ex aliq̄ empt⁹
i. tractus.

Exemptus dr̄ iste q̄ a suo iudice siue iuris/
dictione ordinarij subduct⁹ est.

Exemptio ꝓprie est vbi aliqua cōuentualis
ecclesia canonicoꝝ sęculariū vel regulariū
monachoꝝ vel monialiū imediate subest
papę. Et est duplex. scilicet vniuersalis ꝛ
particularis. Vniuersalis est quę cū vni/
uersitate iuris spectat ad papam. ita q̄ me
tropolitano aut diocesano nihil iuris ma
neat in eadem. Particularis est quę ꝑo
parte in certis casibus ab eoꝝ iurisdictio/
ne eximit̄. ꝛ alias ꝑtinet ad eosdem.

Exeniū. nij. n. s. munus paruū. ꝛ quodcūq̄
mun⁹ mittit̄ alicui. ꝛ dr̄ ab exenos qd̄ est
pegrinū ꝑm Hug. Papias dicit. Exenia
p̄mia. dona munera. beneficia. Vñ Ecq.
tant·z videt̄ cōponi a toga z ferio·

Togilla·lę·dimi·i·parua toga· Itē togilla
dicit̄ mantile·

Togipyriū·pyrij·i·pura toga·

Togula·lę·dimi·i·parua toga·

Tolerabil's·lis·ę·t·et hoc le·qđ valet vel
debet tolerari· Et componit̄ intolerabilis
qđ nō valet vel debet tolerari·

Toles·lis·dī a tol⁹· Et toles sūt tumoꝛes
circa vuā stātes·has vulgo p diminutōz
tusillas vocāt·bę ī faucib⁹ solēt turgescē·

Tollinū·ni·lignū puteoꝛ·q̄ haurit̄ aqua·

Tolus·li·m·g·summitas tēpli· eminens ro
tunditas·ꝑprie q̄dez tolus est vel ut scutū
breue·qđ i medio tecti ē·ī q̄ trabes coeūt·

Tomaculū·li·neu·g·dicit̄ a tomos· Et di
cunt̄ tomacula·intestina ꝓpt̄ diuisiones
z sectiones·

Tomos gręce·latine dī diuisio vel sectio·
vel incisio· Ītū apud nos tom⁹·mi·dī idē
Et tomos etiā dī liber vel volumē·ꝓpter
mlt̄as diuisiōes z replicatiōes chartaꝝ·

Ton·dī altitudo·vel totū·

Tonabulū·li·i·sonus vel tintīnabulū·

Tonitrus·trus·mas·ge·z b̄ tonitru ī decli·
in singulari· In pl'ali hęc tonitrua·truū·a
tonitru ablatō·addita·vm· Vñ Apoc·
19° Et audiui vocem tonitruū magnoꝝ·
Et b̄ tonitruū·trui·neu·g· Vñ Job·26°
Quis poterit tonitruū eius magnitudis
intueri· Idem sīgnt· Et cōponūt ista tria
noīa a ton⁹·ni·qđ ē son⁹·z terreo·res·qđ
hmōi sonus valde terret· Vñ Isidoꝛus
etymo·13° Tonitruū dictū· eo q̄ son⁹ ei⁹
t̄reat· Nā ton⁹ sonus dī·qz int'dū tā gui t̄
concutit oīa·ita ut cęlū discussisse videat̄
quia cum procella vehementissimi venti
nubibus se repente īmiserit·turbine iua/
lescente exitumqz quęrente·nubem quam
excauauit impetu magno p̄cīdit· ac sic
cū horrendo fragoꝛe deferē ad aures· Oz
mirari q̄s non debet· cum vesicula q̄ꝫuis
pua·magnū tamē sonū displosa emittit·

Lux autē q̄ apparet ante tonitruū fulgor vocat᷑·q̄ ideo ante videt᷑·q; clarꝫ lumē ē·
Tonitruū autē tardius ad aures puenit ĩstar securis arborē ꝓcul cedētis·cui⁹ q̄dē añ cernis ictū q̄ꝫ ad aures sonit⁹ pueniat
Tonsa·sę·dī remus·qđ & hic tonsus dī·ß potius tōsa·vel tonsus·dī palmula remi quę aquā ꝓcutit·& dī a tondeo·des·vel a tundo·dis·q̄si tunsa·vel quasi tunsus·eo q; aquā tundat·
Tonsilla·lę·dimi·i·parua tonsa·Tonsilla etiā dī forpicula·Et tonsilla dicit᷑ vncus ferreus vel ligneus·ad quē in litore funes nauiū alligant᷑·Vnde Ennius·Tōsillas rapiūt cōfigunt litus ad vncos·
Tonsoriū·rį·idē est quod tonstrina·scilicz locus vbi tondet᷑·
Tonsor·soris·qui radit barbas·a tōdēdis capillis dictus·Jn constrix·tricis·mutata tor in trix·inter̄posita·t·causa euphonię·Jn hec tonstricula·lę·diminutiū·Et hęc tonstrina·nę·officina·vel domus·vel locus ī quo tondet᷑·
Tonsula·lę·dimi·i·parua tonsa·
Tonus·ni·m·g·i·sonus·& dī a tono·nas·
Toparcha·chę·vel ß toparchus·chi·i·princeps sup totū·vel sup aliquē locū·& dicit᷑ a topos·qđ est totū vel loc⁹·& archos·qđ ē ꝓnceps·Jn ß toparchia·chię·pe·acuta·eius ptās·Vel toparchia pōt dici locus ꝓncipatus Vnde tres toparchię dicunt᷑ triū locoꝝ ꝓncipatus·
Topacius vl᷑ topacion·gēma est ex virēti genere·oiqz colore resplēdens·ĩuēta ꝓs in arabię insula·ī qua trogodite ꝑdones fame & tempestate fessi·cū radices herbaꝝ effoderēt eā eruerūt·q̄ ĩsula postea nebul᷑ coopta tandē & a nauigātib⁹ est ĩuēta·et ob hoc locus & gēma nomē ex eā accepit·Nā topacim·trogodita ꝝ līgua sīgnionē habet ḡrentis·Vñ et insula dicta est topacius·Et vt dic᷑ glo·Ꝑpoc·21⁹ Topacius q̄ rarior eo pręstantior·Et habet duos colores ex auro & ętherea claritate maxime lucēs·cū splēdore solis tangit᷑ supans oiuz gēmaꝝ claritatē·ī aspectū suū singulariť ꝓuocās aspicientes·Quē si polis obscuras·si naturę relinquis·clarior est·& nihil eo charⁱ⁹ regibus inter diuitias·
Topicus·ca·cū·i·localis·& dicit᷑ a topos·qđ est locus·Et ß topica·cę·Et pl᷑al᷑ hęc topica·coꝝ·ꝑ quodam libro in q̄ tractat᷑ de locis·Jtem topos vl᷑ ton·dī totū·Jn topicus·ca·cū·i·total᷑·Vñ et ꝑdict⁹ liber pōt dici topica·q̄si totalis·q; ibi de totis vel de locis oībus tractat᷑·& coꝝ·pi·
Topos·dī totū vel locus·
Toragū·gį·i·ornatus vel munitus·
Torcular·lar]·neu·ge·vel ß torculare·ris·i calcatoriū·& dī a torqo·ques·q; ibi vuę & oliuę calcant᷑·& extortę exꝑmūt᷑·Dicūt tn q̄dā q; torcular dī ꝑpe plū·q̄ vuę calcatę exꝑmūt᷑·Et ꝓd·pe·tam ntī q̄ꝫ gtī·
Toreuma·matis·neu·ge·est tornatura·vl᷑ tornatū vas·vel quucq̄d volat᷑ & tornat᷑ siue vas·siue lectus·siue aliud·& dī a torno·nas·Et est toreuma trū syllabaꝝ·Et cor·ꝑmā·Vnde Prudēti⁹·Fultra mero veteriqz toreuma rore rigant᷑·
Tormentū·ti·neu·ge·dī quasi torq̄mentū a torqueo·eo q; torquēdo mentē ĩueniat Jtē tormēta etiā dicūt᷑ instrumēta bellica ad dirimenda oppida & ciuitates·vel q̄a torqueant interius resistentes·vel q; torqueant lapides & etiam tela·
Torneamenta dicūt᷑ q̄dā nūdinę vel ferię in q̄b⁹ milites ex edicto cōuenire solēt·et ad ostensionē viriū suaꝝ et audacię temē congregari vl᷑ cōgredi·vt·c·j·de tornea·Et causa ꝓhibitionis est periculū aiarū·& mors hoīuz ĩde ꝓueniēs·vt ibidē notat᷑·
Tornus·ni·mas·g·quoddā instrumētū cū quo vasa tornant᷑·Jnde ß & ß tornatilis & ß le·pe·cor·habile ad tornandū·
Torpedo·dinis·f·g·i·torpor·& dī a torpeo pes·& ꝑd·pe·ntī·Torpedo etiā est q̄dā genus piscis·sic dicta·q; corpus torpescē faciat siquis eā vinētē tangat·Et narrat Plinius·Tanta est vis eius·vt etiā aura sui corporis afficit mentē & hoīs membra·
Torpidus·da·dū·i.stupidus·Jnde torpidulus·la·lū·i·aliqztulū torpidus·
Torpor·poris·i·stupor·pigricia·torpedo
Torquatus·ta·tum·i·torque ligatus & ornatus·Et hinc quidam romanus dictus est Torquatus·quia singulari certamine quēdā gallum vicit·eiqz torquē aureū abstulit·
Torquis·quis·mas·ge·& hęc torques quis fę·ge·i·ligamen torti·vl᷑ aureus circulus circa collū·a collo vsqz ad pect⁹ descēdēs sic dict⁹·q; tortus sit·& ē ornamētū viroꝝ Et nō q; torquis·mas·ge·est magis ī vsu ꝑm grāmaticos·ß ß torques ī fęmio gne sępe inuenit᷑ in theologia·Vñ Judic·8⁹ Pręter torques aureas cameloꝝ·Nota vsus differētiales·Pector] ē spinter ꝓpe

paritq; monile. Ornatus colli sunt torq; auri ī aures. Anulus ē manuū. sūt armille scapularum. Attq; pericḣelides exornant brachia nymphis.

Torrens. entis. mas. ge. est fluuius vel aqua veniens cū impetu ex imbrib⁹ repentina. magnū habens incremētū. ß aduenientē estate. calore solis torrescit z arescit z desiccat. Vñ ꝓpha. Conuerte dñe captiuitatem nostrā sicut torrens in austro.

Torridus. da. dū. i. velox. vel tost⁹. Vñ ī hymno. Cui⁹ corpus scissimū ī ara crucis torridū. Jñ ḣ torriditas. tatis. z cor. pe.

Torris. ris. m. g. dī lignū semiustū. tractū a foco z extictū. z dī a torreo. res. Jdē et ḣ ticio. onis. lz sic dicat etiā ī igne dū ardet Vñ Amos. 4°. Et facti estis quasi torris raptus ab incendio. Item Zacharie. 3°. Nūqd nō iste torris eruditus de igne est? Jñ torriculus. li. dimi. i. parvus torris.

Torsores. i. tortores vel cruciatores. z dī a torqueo. ques.

Torta. tę. f. g. est qdā genus cibi ul' panis qd vulgo ita dī. Jñ tortula. lę. di. i. pua

Tortio. onis. est torquendi actio. (torta. interior ītestino⁹ afflictio. Jdē sigt torsio z vtrūq; descēdit a torqueo. ques.

Tortores. i. torsores.

Tortuosus. sa. sū. i. flexuosus. vel iniuriosus extra rationē. Jñ ḣ tortuositas. tatis.

Tortus. tus. tui. i. torsio vel iniuria. et dicit a torqueo. ques. Et tortus. ta. tū.

Torus. ri. m. g. i. reflexio z pulposa extātia carniū. sicut circa culū z brachia. et dī sicqbi viscera torta videant. Jñ torosus. sa. sum. i. pinguis. z toris plenus. z superb⁹ Jnde hec torositas. tatis. Jnuenit etiam thorus ꝓ lecto. vide. s. loco suo.

Torvus. va. vū. i. crudelis. terribil. et dī a tortus. z vult⁹. eo q; sit torto vultu z truculēto. ut Torua leena. Jñ ḣ torvitas. atis

Tostus. sta. stū. i. assatus. perustus. pistus. siccatus. z dī a torreo. res.

Tot. ois ge. pluralis nūeri. z indecli. z dī a ton. vel topos. quod est totū.

Totidē. i. eiusdē nūeri. z est indeclinabile. ois ge. plālis nūeri. z cōpōit a tot. z idem

Totus. ta. tū. dī a tot. z ptinet ad magnitudinē. ut Totū corp⁹. Sz oē ad mltitudinē. ut Otis hō. Itē oē ī diuīsis ptib⁹ ponit. Totū sine ptib⁹ debz eē diuīsis. nec a pte integrē differētia toti⁹ in rem nois cui adiūgit. ß nullā eius ptē cōprehendit. vt Totus sortes. i. sortes z q̄libet ei⁹ ps. Dē

vo quālibz rem nois cui adiungit cōprehendit. Et ꝓd. to. Vñ quidā. Mandere sic totū melius q̄z pandere votū. Jñ ḣ et ḣ totalis. z ḣ le. Jñ ḣ totalitas. tatis.

Toxicū. ci. neu. g. qdā genus veneni. qd ex succo taxi arboris exprimit.

T ante R

Trabilis. ꝑ. t. z ḣ le. qd ē trabis. vl' qd ad trabē ptinet. z dī a trabs. Et ḣ trabilis. i. Trabaria. ric. f. g. nauis longa z (trabs stricta. z dī a trabs. Trabarię dicunt minutę naues. q̄ ex singulis trabib⁹ cauant. q̄ aliter litorarię dicunt vel cāducę. ex vno ligno cauatę z factę. z dicunt canducę. qr a quattuor vsq; ad decem hoies capiant

Trabea. beę. f. g. est genus vestis impalis. q̄ soli impatores vtebāt. z dī a transbeo beas. q̄ trāsbea. qr vltra alios beatū designabat. Jñ trabeat⁹. ta. tū. i. trabea īdut⁹. Vñ legit q; dñs nr fuit īdut⁹ trabea carnis. i. regia veste carnis. Trabea etiaz dī vestis cōsularis. vt. C. de cōsul. l. j. li. xij. Trabea etiā dī porticus tecta trabib⁹ Et ꝓd. pe. trabeatus. Vñ Ouidi⁹. 12°. meta. Dignior est qualis trabeati forma q̄rini.

Trabs. bis. f. g. dī a trahо. his. qr ab vno pariete trabit ad aliū. Vel trabes dicunt a trāsuerso. qr in trāsuerso positę vtrosq; parietes contingūt z continent. Veteres etiā hęc trabes pro trabs dicebant.

Tracon. onis. ē meat⁹ subtranei⁹. Vñ q̄dā Terra⁹ tracones. aialia dico dracones. Vñ q̄dā putauerūt debere dici ī psalmo Dracones z oēs abyssi. Sz tracones dī

Tractabil'. ꝑ. t. z ḣ le. qd de facili (cōit ꝓ. t. potest tractari z duci. Jñ tractabilit' adu.

Tractatorq; erāt viri q̄ tractabāt z contrectabāt. i. manib⁹ cōtigerūt z palpauerūt aialia publica z eq̄s sacro vsui deputatos

Tractatorię. dicunt lr̄ę impetratę ꝓ licētia vehendi aialia. vel litterę datę licētię ad tractādū z puniēdū crimīosos. ꝺm Accurs. C. e. ti. in rub.

Tractatus. tus. tui. est vnius rei multiplex expositio. eo q; trahat sensum ī multa. Et fit spāliter ad semetipsū. Sermo vo altera eget psona. Verbū autē ad oēs. Vñ dī Verbum fecit ad populū.

Traditio. onis. f. g. est humana cōstitutio cōsulēs cupiditati hoīuz. z dī a trado. is. Vñ in Aurora. Tanq; nota loquēs tra/

Traditor. tor⁹. i. ꝓditor. vt (ditiōe breui Judas fuit traditor. i. dator. vel ꝓditor.

Traductio·onis f·ge·i· vltra ductio·ꝓpa/
latio·siue manifestatio· Vnde Sap̄·2°:
Factus est nobis in traductionē cogita/
tionū nostraꝝ·Glo·Cogitatões nostras
traduxit ī lucē· Jtē mors dī traductio qñ
hoīes ab hac vita traducunt· Vñ Sap̄·
x°: Qui cū minuerēt in traductionē ifan
tiū occasorꝝ ꝛc· Jtē traductio ē q̄dā color
rhetoricus·7 fit cū aliq̄d nomē p̄ suos ca/
sus variat·Et conuenit cū q̄dā scemate·
q̄d appellat poliptoton· Vñ grecismus·
Nisce per casus vocem traductio fiet·ut
Si nihil in vita iocundi° est tibi vita· Jn/
de corem vitam pages x̄tute relicta Vel
etiā fit ī cōsonātia· vt Cur illā curas quę
multas dat tibi curas·

Tradux·ducis·mas·ge·i·ꝓpago·q̄d etiam
p̄ originali peccato q̄d Ad dā cōmisit tiue/
nit·qꝝ ab ipso in posteros fuit translatuꝫ·
sicut de patribus filij ꝓpagāt· Et cor·pe·
grī·lꝫ duco·cis·producat p̄mā· Papias
x̄o dicit·Tradux ex altero ducta ꝓpago
radix·vel origo·

Tragedia·die·f·g·i·hircina laus·vel hir/
cinus cātus·ul' fetidus·7 dī a tragos·q̄d
est hircus·7 oda cāt° vel laus· Est enī de
crudelissimis rebus·sic q̄ patrē vel matrē
interficit·vel comedit filiū·vel econuerso
7 hmōi· Vñ 7 tragedo dabat hircus·scz
aīal fetidū· nō q̄ nō habēt aliud dignū
p̄miū· sed ad fetorem materię designā/
dum· Et inde tragedus·da·dum· Et h̄
tragedus·di·pen'·p·i·tragedię scriptor·
Et hīc tragedicus·ca·cū· Jtē a tragedia·
dī tragic°·ca·cū·Et differt tragedia 7 co
mędia·qꝝ comędia p̄uatoꝝ hoīuꝫ cōtinet
facta·Tragedia regum 7 magnatū· Jtez
comędia humili stilo describit· Tragedia
alto· Jtē comędia a tristib° incipit·ꝫ cum
lętis desinit· Tragedia ecōtrario· Vñ in
salutatiōe solem° mittē et optare tragicū
p̄ncipiū·7 comicū finem·i·bonū p̄ncipiū 7
lętum finem·

Tragelaphus·phi·pen'·cor·i· bircoceru°·
nomen est cōpositū a tragos·q̄d ē hircus
7 laphos·quod est ceruus·qui ꝫ eiusdem
speciei sit cū ceruo· villosos tn̄ hꝫ armos·
vt hirci·7 menta barbata·

Tragema·matis·neu·ge· idem est q̄d vile
mun°·vel modici valoris·

Tragiopa·pę·est auis maior aquila·

Tragos grece·latine dī hircus·

Tragula·lę·fę·ge·est genus teli

Tragum·gi·n·g·est genus retis piscatorij

quod aliter x̄ticulū a x̄tendo dicit

Traha·hę·genus est vehiculi·a trahendo
dicta·qꝝ rotas non habet· Vñ·j· Para/
lipo·20·Fecit sup eos tribulas 7 trabas·
Sic etiā appellat illud īstrumētū dētatū
q̄d equ° trahit sup̄ trā de nouo seminatā
p̄ semīe recondēdo·7 glebulis cōterēdis
vel īstrumētū q̄d fęno colligendo aptat·

Traiectio·onis·i· vltra iactio·Et pōit pro
merciū transportatione· Vnde Ecc̄·37°:
Cum negociatore de traiectione· cū em/
ptore de vendītione tracta·

Trama·mę·est filū inter stamen discurrēs
7 dī a trahō·his·Trama etiā dī quoddā
instrumētū textricū·q̄d inęquale est·

Traiecticia·dī pecunia q̄ locat vl' p̄mittit
alicui p̄ mare ad quēcūq̄ locū tn̄suetēda
vel deportanda·

Tramaricia·cię·fę·ge·q̄dā arbustula·7 dī
a trahō·his· eo q̄ trahat errorē· Nam in
q̄busdā locis ea terrę distinguūt·

Trames·itis·m·g·dī via p̄ua et trāsuersa
p̄ agrū·7 dī a trahō·his· eo q̄ trahat de
publica via·vl' dī a trāsmitto·tis·qꝝ tn̄s/
mittit vsq̄ ad aliā partē agri·ul' dī a tn̄s/
uerto·eo q̄ p̄ tn̄suersū ducat·7 cor·pe·gtī

Tramis·tramis· mas·ge· est extrema pars
vestimenti·7 dī a trahō·his·

Tramosericus·ca·cū·pe· cor·i· hns tramā
sericā· Jn̄ h̄ tramoserica·cę·quędā vestis
lineo stamine·scz trama serica·

Tranq̄llus·la·lū·i· q̄etus·lucidus· purus·
7 dī tranq̄llū·i·transiens quiete·7 ptinet
p̄pe ad mare·sicut serenū ad cęlū· Et scri/
bit p̄ geminū·l·et pdu·pe· Vñ Ouidius
epi· Nec nisi trāq̄llo brachia crede mari·

Trāsactio·onis·f·g· est de re dubia·7 lite
incerta· nōdū finita dato aliquo p̄misso
vl' retento·nō gratuita pactio· ut i·c·sup
eo·de transac·Et est idem q̄d compositio
inter aduersarios·

Transalpinus·na·nū·i·vltra alpes existēs
Et īde transalpinor·ari·i· vltra alpes ire·

Transfuga·gę·cois ge· qui d̄ vno exercitu
fugit in aliū·7 cor·fu·Et īuenit etiā trans/
fugus·ga·gū·in eadē sigtiōe·sic confuga
7 confugus·p̄fuga 7 p̄fugus·ga·gū·

Transitio·onis·f·g·i·vltra itio· Jtē tn̄sitio
est q̄dā color rhetoricus p̄ quē ꝓtinuam°
dicta dicendis·vt Audistis q̄lē se p̄buit
iste parenti· Nūc qualis ipse fuit parens
audite vicissim· Jtē Dicto de noīe dicē/
dū est de x̄bo Vel fit qñ breuit ostendit
dictū 7 postea quid sit dicendū·

Transitus·tus·tui·i·iter·via q̃ trãsiri põt· z dr̃ a transeo·is·Et trãsitus·ta·tũ·pen. cor· Vnde Deut. 4. Transito iordane Itẽ Act. 19. Tranlita macedonia·

Translatio·onis·f·g·i·vltra latio·trãsportatio·z dr̃ a trãsfero·fers·Itẽ trãslatio·i· expositio sententię p aliã linguã·

Translatio·est de sede ad sedẽ facta cõmutatio·vt cũ epus de vna sede ad aliã trãsferẽ·Vnde qd̃ hic dr̃ translatio·alibi dr̃ mutatio·vt·vij·q·i·mutationes·

Translata legata dicũt q̃ testator legatario adepto transfert in aliũ·scz auferẽdo ab eo cui p̃mo legauerat·

Trãslator·tor⁊·mas·ge·qui de vna lingua ꝛba transfert in aliã·

Translatus·ta·tum·i·traductus sine vltra ductus·transportat⁹·z dr̃ a trãsfero·fers

Transtrũ·stri·n·g·dr̃ a transuerto·tis·Et dicũt transtra tabulę vbi sedẽt remiges qr in transuerso nauis sunt positę· Vnde Ezech·27. Transtra tua fecerunt tibi ex indico ebore·

Trapeta·tę·f·ge·z b̃ trapetũ·ti·i·mola oliuaria·scz vbi olive terunt·vel incus nummulario ꝛ·vel vas in quo herbę cõterũt· z dr̃ trapeta·q̃si terepeta·qr assidue petit z terat·

Trapęzia·zię·vel trapęzetũ·ti·dicit mensa numulario ꝛ·

Trapęzeta·tę·vel trapęzita·tę·ĩ eodẽ sensu scz numularius vel mensarius q̃ pecuniã sup̃ mensaz dinumerat· Vñ Gregorius in omel·epiphanię· Trapęzitas multarũ gentiũ pumicę ignorãt·

Tredecim·ois ge·plalis nũeri· ideclinabile z dr̃ a tres·z decem·

Tredenus·na·nũ·dr̃ a tredecim·Et tredenarius·ria·riũ·z tredecies·adu·

Tremissis·sis·m·g·est tertia pars solidi· et dr̃ tremissis·qr ter missus solidũ facit·vel est nomẽ vncię certi ponderis z quãtitatis·

Tremulẽtus·ta·tũ·i·tremore plenus·

Tremulus·la·lũ·i·trepidus·z dr̃ a tremo· Itẽ tremul⁹·li·dr̃ q̃dã arbor cui⁹ folia sp

Trẽnarus·ri·m·g·z in pl̃ali·b̃ (trement· trẽnara·o ꝛ·mõs sine vallis vbi descẽsus est ad ĩferos·z sępe ponit p ipso descensu ad ĩferos·z p inferno· Ĩ trẽnarari⁹·ria·riũ· Et nota q ꝙdã dicũt p eodẽ monte b̃ trẽnarius·s̃ male·z cor·na·trẽnarus

Tressis·sis·m·g·i·tres obuli· vl̃ preciũ triũ obolo ꝛ·vel triũ assiũ appreciatus·

Treuga·gę·f·g·ẽ scriptio regal vl̃ securitas p̃stita psonis et reb⁹ ad tẽpus· discordia nondũ finita· vt de treu· z pa·c·i· Ĩ hic treugari⁹·rij· q̃ treugas facit inter aliq̃s· Et treugarius·ria·riũ· ad treugã ptines·

Triambos·i·triũphus· vl̃ iudicii triplex·

Triangulus·la·lũ·i·tres ãgulos hñs·z dr̃ a tris·z angulus· Ĩ triangulatus·ta·tũ idẽ· Et sb̃stãtiue dr̃ triãgul⁹ p tali figura·

Triari⁹·ria·riũ· dr̃ q̃ ẽ sup tres ꝓstitut⁹· vl̃ q̃ tẽio loco ꝓstituit ĩ exercitu· Idẽ z porti·

Tribrach⁹·chi·ẽ q̃dã pes (tor signo ꝛ dr̃· ꝓstãs ex trib⁹ breuib⁹ syllab·z dr̃ a tri·qd̃ est tres·z brachos·qd̃ ẽ breue·q̃i ꝓstãs ex trib⁹ breuib⁹ syllabis·ut dñs· Vñ· Pes tribrachus breuibus postulat ire tribus·

Tribulis·lis·p·t·z b̃ le·i·de eadẽ tribu·Et p·bu· Vñ Orati⁹ ĩ epi· Vt cũ pilleolo soleas cõuiua tribulis·Et ide cõpõit cõtribulis· Sed tribulo·las·cor·bu· Vñ q̃dã Nõ hoies tribules q̃s tu scis eẽ tribules·

Tribulũ·li·neu·g·qd̃ z hęc tribula ĩuenit· est instrumentũ quo fruges terunt· et dr̃ a tero·ris· Vñ·j·paralip·20· Fecit sup eas tribulas z trabas·

Tribulus·li·m·g·est genus spinaꝝ· Vnde Gen̄·3. Spinas z tribulos tra germinabit tibi· Et dr̃ tribul⁹·q̃i tãgẽtes se tribulãs·

Tribunalis·lis·p·t·z b̃ le·z b̃ tribunal vel tribunale·lis·dr̃ sedes iudiq̃·z dr̃ a tribun⁹· q̃i sedes tribuni·vel locus ĩ alto cõstitut⁹ vñ vniũsi audire possũt·z dr̃ sic a tribuo·is·qr inde a sacerdote p̃cepta viuẽdi tribuũt· Vel dr̃ a tribus· qr tribus ad illaz sedẽ cõuocant· Et p·pe·tam ntũ q̃ gtĩ·

Tribunal sm Goff· ẽ locus maioꝝ iudicũ q̃ hñt merũ imperiũ sm Hoc·in sũ· C·de iur̃·om·iudi· Vel est locus vbi iudex pro tribunali sedet·q̃ alias for⁹ dr̃· de ꝛ·sig· forus·et est glo·in·c·i·de·re iudi·li·vi·

Tribunus·ni·m·g·dr̃ a tribuo·is·eo qr militib⁹ vl̃ plebi iura vl̃ opẽ tribuat· Ĩ tribunicius·cia·ciũ· Et b̃ z b̃ tribunal· z b̃ le Et b̃ tribunatus·tus·tui· dignitas vl̃ officiũ tribuni· Itẽ a tribuo·buis·dr̃ hoc tributũ·ti· Vel dicit tributũ vel tribunus· a tribus·qr p singulas tribus tributũ exigebat·sicut nũc p singula territoria· z cui psoluebat tribunus dicebat· Vnde qui legit tributũ·tribunus etiã dr̃ sm Hug· Sz in grecismo dr̃· At qui triginta sb̃ se tenet ille tribunus· Quicq̃ tributa legit· ille tribunus erit· In glo·autẽ super illud j· Machab·3. Et post h̃ ꝓstituit Judas duces populi·tribunos·z centuriones·et

pẽtacõtarchos ⁊ decuriões· vbi dic̃ glo· Tribunos appellãt illos· q̃ mille militib⁹ p̃erãt· q̃s greci chiliarchas vocãt· Cẽturiones· q̃ centũ· Pentacõtarchos· q̃ q̃nquaginta· Decuriones· qui habent decẽ· Vnde· Mille tribunus habet· grece chiliarcha vocat· Centurio centũ bis quĩq; decurio ducit· Vt q̃nquaginta pentacõtarchus habebit Et cõponit tribunus cũ gtõ plebis· ⁊ dr̃ b tribunusplebis· huus tribuniplebis· Et nota q̃ aliud est tribunusplebis in cõpositõe· ⁊ aliud extra cõpositionez· q̃ extra cõpositionẽ potest venire p̃ tribuno cuiuslibet plebis· ß in cõpositione· tribunusplebis venit p̃ illo solo qui habebat tribunatũ in plebe romana·

Tribunusplebis· est plebeius magistratus sic dictus· q̃ populus romanus olim erat diuisus in tres ptes· ⁊ ex singulis singuli tribuni p̃creabãt· vl̃ q̃ tribuni suffragio constituebant·

Tribunus q̃ritũ· i· milituz erat rege exacto ante dictatores· q̃ p̃fait equitib⁹· postq̃ partim ex plebe· ⁊ partiz ex patrib⁹· alias partibus iudiciũ militũ creati sũt tribuni consulari potestate·

Tribus· bus· bui· f· g· i· pgenies· ⁊ dr̃ a tris q̃ dr̃ est tres· q̃ r̃ principio romani trifarie fuerũt a Rhomulo diuisi· Jn senatorem milites· plebeios· q̃ trib⁹ nunc mltiplicate nomen pstinũ retinẽt· Et facit tribus· tribubus r̃ dtõ ⁊ ablatõ pl̃alib⁹· Jn tributi p̃· pd· adũbiũ· i· p singulas tribus· ul̃ de tribu in tribũ· Vñ Horatius in lib⁹ 5mo· Primores pp̃li arripiũt pp̃linq; tributim

Tributũ· ti· neu· ge· dr̃ a tribuo· buis· Vel 5m Jsidoz a tribu· eo q̃ antea p singl̃as tribus exigebat· sicut nũc p singula territoria· Sic autẽ in tres ptes diuisum fuisse populum romanũ constat· vt qui p̃erant in singulis partib⁹ tribuni dicerẽt· Vñ ⁊ sumptus quos dabãt populi· tributa nominauerũt·

Tributũ· ti· est census q̃ p̃stat̃ ratione solij ꝓprij a possidentibus· Dicit̃ autẽ tributũ ideo· q̃ militibus tribuebat̃· qui expeditioni publice vacabãt· vnde et stipendiũ appellat̃· vt· ff· de ℞· sig· l· ager·

Tributarius· ria· riũ· q̃ soluit vel debet tri/

Tricha· che· f· g· i· deceptio· Et (butũ tricha· i· meretrix· Et tricha· i· ipedimentũ Et tricha· i· moza· Et tricha· i· radix· Et tricha· i· inuolutio capilloz·

Triceps· pitis· habens tria capita

Trichoriũ· ri· ⁊ b trichoriũ· rij· i· locus iuxta ignem causa prãdij· habẽs tres cameras vel absidas· ⁊ coz· cho·

Triclinĩ· nij· n· ge· i· domus trina sessione cõuiuãtiũ ordinata· Solebant enĩ antiq̃ in clinis comedere· et tres lectos vel tres ordines lectorũ disponere· Jn vno q̃q; comedebãt dñs ⁊ dña· Jn secũdo familia· Jn tertio· hospites· ⁊ talis dom⁹ dicebat̃ triclinĩũ·

Tricolor· loris· vide· s· in color· loris·

Tricolos· vel tricolon· vide· s· in colon

Tricuspis· pidis· cois g· dr̃ a tris· ⁊ cuspis vt Tricuspis lancea· q̃ hz tres cuspides· Et licz inueniatur in neutro genere· vt in Ouidio Positoq; tricuspide telo mulcet aquas· Hoc tamẽ non est nisi p figuram 5m Priscianũ·

Tridens· dentis· m· g· dr̃ a tris· quod ẽ tres· ⁊ dens· q̃ tres habens dẽtes· Et inuenit̃ q̃nq; p creagra siue fuscinula· ⁊ sic ponit̃ Nũeri· 4°· Jtem p rusticano instrumẽto sicut est furca ferrea vel aliq̃d simile cum tribus dentibus· ⁊ sic ponit̃ j· Regũ· 13°·

Tridental· talis· neu· ge· quoddam vas· ⁊ dr̃ a tris· ⁊ dens· q̃ tres pinnas sicut tres dentes habens·

Triduũ· dui· n· g· i· spaciũ triũ dieꝝ·

Triẽnis· ꝙ· t· ⁊ b ne· i· triũ ãnoꝝ· Jn triẽniũ nij· spaciũ triũ annoꝝ· Vñ· 2· Machab· 4°· Et post trienniũ tempus misit Jason Menelaum·

Triens· entis· i· ẽtia ps assis vel denarij· vel alic⁹ rei· vl̃ vas· Sz̃ p vase videt̃ cõponi a tris ⁊ dens· inde triens· i· vas tres pinnas· q̃ tres dentes habens· Vñ Persius Calidũ trientẽ excutit e manibus·

Trieris· ris· f· g· magna nauis· a trib⁹ sessionibus· q̃ si tres habens ordines remoꝝ· quã greci durconẽ vocant· Vñ Jsa· 33°· Neq; trieris magna trãsgredietur eũ· Jtẽ Danielis· xi°· Et venient sup eũ trieres· ⁊ romani· ⁊ coz· e· Vñ q̃dã· Triplex remoꝝ trieres mouet ⁊ iuuat ordo·

Trifaux· faucis· ois ge· ⁊ hic ⁊ b trifaucis· ⁊ hoc ce· i· habens tres fauces· ⁊ tria ora· vt Cerberus ⁊ ianitoz inferni· Vñ Virgilius· Cerberus hinc ingẽs latratu regnã trifauci Personat ẽc·

Trifidus· da· dũ· vide· s· in fidus·

Trifoliũ· lij· est herba quã greci triphyllon vocant· q̃ sit trinis foliis p singulas ãnotationes·

Triformis· mis· ꝙ· t· ⁊ hoc me· i· triũ formaꝝ

Trifurcifer·ra·rū· pēnul'·cor·pōrtarius qui habet tres furcas·vel instrumentū trifurcatum ad onus gerendū

Triga·gę·fę·ge·i·currus Plutonis·z dī a tris z iugū· qr rapit hoīes de trib⁹ ętatib⁹

Trigamus·ma·mū·ą vel ą̄ tribus nupsit· In trigamią·mię·i·tres nuptię vel ꝓprietas qua aliqs dī trigamus·

Triginta·oīs ge·indecī·dī a tris·z gētos· qđ est decē·quasi ter decē· Inde trigies z tricies·adū·i·triginta vicibus·Et tricen⁹ na·nū·z trigenus·na·nū· Jn̄ tricenarius ria·riū·z trigenarius·ria·riū·z tricesimus ma·mū·z trigesimus·ma·mū· Jn̄ bic et b̄ tricesimalis·z b̄ le· Et trigesimalis·z b̄ le·

Trigonū·ni·i·triangulū· qđ in tres ducit angulos·vt ter tria·vel ter quattuor· vel ter q̄nq̄ginta ꝛc·ꝺm Paꝑ·z cor·pe·

Trilibris·ȝ·t·z b̄ bre·i·triū librarū pōdus vel mensura·z ꝓd·li·sicut libra·

Trilinguis·vide·s̄·in bilinguis·

Trilix·vide·s̄·bilix·

Trimatus·tus·tui·pe·ꝑ·spaciū triū ānoꝝ·

Trimegistus·sti·m·g·i·ter maximus ą tres habet scz ptātes·vel ą ter est in potestate cleuatus·z dī a tris·z megistus·quod est maximus· Dn̄ Mercurius ob virtutē et multaꝝ artiū scientiam trimegistus·i·ter maximus noīatus est·

Trimensis·ȝ·t·z hoc se·i·triū mēsiū· quod aliter trimestris·stre·dī· Jn̄ trimense·dī qđā gen⁹ hordei·qr satū post tres mēses colligit· Nam vbi ꝓpter aquam vel aliā cām matura satio omissa ē· ꝑsidiū ad hoc petit ą cū necessitas cogit verno tpe semi nat·z celerit colligit·qr post tres mēses·

Trimus·ma·mū·i·triū ānoꝝ·z dī a tris·et annus·q̄i triannus· Dn̄ Gen̄·15°·Sume mihi inqt vaccā triēnē z capram trimā· Jn̄ trimulus·la·lū·ꝺm Hugt·

Trinacria·crię·f·g·i·sicelia·a trib⁹ mōtib⁹· scz pachyno·lilibęo·z peloro·Eadem dī z triquatra·q̄i triquadra·i·in tres q̄dras diuisa·ꝓpter tres ꝑdictos mōtes·Trinacria ğ est grecū·ß triq̄tra latinū·et ęq̄pollent· Dn̄ Horatius in libro sermo· Quid militibus ꝓmissa triq̄tra ꝑdia cęsar· Jn̄ trinacrius·cria·criū·z trinacrinus·na·nū z triquatrus·tria·triū·z triq̄trin⁹·na·nū· i·sicelienſis·

Trinepos·est abnepotis filius·

Trinoctiū·tij·i·spaciū triū noctiū·

Trinodis·ȝ·t·z hoc de·i·triū nodoꝝ·i·tres habēs nodos· Jn̄ b̄ trinodiū·dij· Et ꝓd· no· Vnde Ouidius epi· Ossa mei fratr̄ claua pfracta trinodi·

Trinus·na·nū·dī a tris·z vnus·q̄i triun⁹ Jn̄ trinitas·tat̄·q̄i triunitas·eo qꝺ sit vnū totū in trib⁹ psonis· Et trinarius·ria·riū·

Trio·onis·i·bos·q̄i terio·

Triphon·phonis·ꝓprium nomē viri· De q̄ habet·ꝑ· Machab·15°·z ꝓd·pe·gtī· Dn̄ in Aurora·Cōtra Triphonē tūc rex Demetrus ibat· Jtē idē· Antiochū Triphō b̄ tēpore pdere captat·qđ multi dicunt·z tunc vltima ntī acuit·ut Salomon· Alij dicunt qꝺ penul'gtī cor·z vltima ntī gnat· vt Triphon·phonis· sic canon·nonis· et Simon·monis· Vel pōt declinari sine n· b̄ Triphō z tūc gtūs ꝓducē pe· Triphonis sicut Simo·monis· sermo·monis·

Tripolis·lis·f·g·q̄dā regio· dicta a tribus ciuitatib⁹·eo qꝺ habeat sub se tres ciuitates·z cor·po· Jn̄ tripolitanus·na·nū· Et b̄ tripolitanus·ni·scilicz dn̄s vel epūs illius ciuitatis vel ꝓuincię sue regionis·

Tripos·dis·mas·ge·i·mēsa·vel scānū· vel aliud instrumentū tres habēs pedes· Si enim quattuor habet pedes· impropꝛe dī tripos· Jtē ꝺm Remigiū· Tripos est q̄dā species lauri·sic dicta·qr trifida hz folia· vel qr tribus radicibus adhęret terrę· Et est consecrata Apollini deo diuinatiōis· qr supposita capitib⁹ dormientiū vera facit somnia apparē·vñ z sępe ponit ꝓ imagine Apollinis· Vnde Persianus in p̄· Et epigrāmata q̄ egomet legi in tripode vetustissimo Apollinis· Scz cū sit nomē arbor̄ videt qꝺ debeat esse ge·sę·alias·ge·

Triptotus·ta·tū·nomen habēs tres (mas· casus·vt Jesus Jesum Jesu·

Tripudiū·dij·neu·g·i·plausus·z maxime ille q̄ solet fieri in triūpho ꝑcutiēdo terrā pedibus· Dn̄ z ꝓ triūpho q̄nq̄z dī· Et dī tripudiū·quasi terrę podiū·i·plausus·vel repcussio terrę· Vel tripudiū componit a terra·z pes pedis· q̄si plausus z exultatio facta ꝑcutiendo terrā pedibus· Scz ponit simpliciter pro lętitia z exultatōe gaudio vel victoria·

Triremis·mis·f·g·i·nauis quę tres ordīes remoꝝ habet·Et ꝓd·pe· Dn̄ Horatius in p̄ma epla· Nauseat vt locuples quē ducat p̄ma triremis· Jtē adiectiue inuenit̄ b z b̄ triremis·z b̄ me· Dn̄·2·Machab·4°· Datę sunt in fabricam nauiū triremiū·

Tris grece·latine dī tria· Facit etiā actūs de tres·hos z has tres vel tris·et hęc tria

Tristegū·gi· dī locus tricamerat⁹· Vñ in
ędificatōe arcę·ubi nos dicim⁹ Cęnacula
z tristega facies in ea·habet alia tñslatio·
Bicamerata z tricamerata·Habuit enim
q̄nq; cameras·quas Aug⁹ etiā ꝓpter sen
tinā dicit ibi fuisse· de quibus ī historijs
plenius inuenīt·

Tristis·ꝑ·t·z b̄ ste·i·męst⁹·amar⁹·afflict⁹·
z dī a tero·ris·q̄ tritus stās·z est etymo·
Jn b̄ tristicia·cię·i·męror·lamētatio· flet⁹
ploratus·Et cōponit tristis· Subtristis·
ste·i·aliquātulū tristis· Q̄ tristis·i·valde
tristis·Tristisonus·na·nū· Et tristificus·
ca·cū·pe·cor·

Tritheoitę·dicti sunt q̄dā hęretici· q; sicut
tres psonas in trinitate· ita asserunt tres
deos esse·ꝯtra illud qđ scriptū est· Audi
israel dns deus tuus vnus est

Triticū·ci·neu·ge·i·frumētū·z dī a tritura
eo q; purissimū tūdat·vel q̄a granū eius
terit z cōmolit· Jn triticeus·cea·ceum·vt
Iste panis est triticeus·i·de tritico·

Tritilis·lis·ꝑ·t·z hoc le·qđ potest teri·vel
habile est ad terendū·

Triton·de⁹ mari a pagānis dī·vel dī gen⁹
marinę ferę·z interptat sonās·vel terens

Tritura·rę·t·g·i·messis·et dī a tero·ris·q;
terit in area·

Tritus·ta·tū·i·cōminutus·confractus· Jn
hęc tritio·onis·i·cōminutio·

Triuia·uię·i·diana·z dī a tris·z via·ꝓpter
tres eius vias·i·ptātes· Est enī diana in
siluis·luna in cęlo·pserpina in inferno·

Triuiū·uij·cōponit a tris·z via·cū q̄ etiaz
cōpōit bis z q̄ttuor·z dī b̄ biuiū·uij·b̄ tri
uiū·uij·b̄ q̄druuiū·uij· scz locus vbi duę
vl tres vl q̄ttuor vię cōueniūt z tēdūt ad
idē· Jn b̄ z b̄ biuialis·z b̄ le·b̄ z b̄ trivialis·
z b̄ le·b̄ z b̄ q̄druuialis·et b̄ le· qđ ptinet
ad biuiū·triuiū·q̄druuiū·Et biuialis·triui
alis·q̄druuialis·adū·i·p biuia·triuia q̄dru
uia·Et nō q; grāmatica·dialectica·z rhe
torica·dicūt triuiū q̄dā sīlitudine· q̄i tri
plex via ad idē·i·ad eloquētiā· Aritbme
tica ꝙ musica z geometria z astronomia
dicunt q̄druuiū·q̄i q̄ttuor vię in idem·i·
ad sapientiā tendētes· Vñ z triuiales di
cunt·q; docent vel q; student in triuio sic
quadruuiales q; in q̄druuio·

Triūphus·phi·m·g·i·victoria vel triplex
lętitia·z dī a tris·z phonos·qđ est sonus
quasi trinus sonus·i·triplex gaudiuz· qđ
siebat alicui pro subiugatione ciuitatis vel
regionis· Nam reuertenti solebat totus
populus exire obuiā victori·cum magna
exultatione z cum magno gaudio·et hęc
erat prima lętitia· Alia erat q; omnes cap
tiui sequebant vel pcedebāt currū eius
ligatis manib⁹ eor; post terga· Tertia lęti
tia erat·q; erat ipse idutus tunica Jouis
z sedebat in curru quē trahebāt quattuor
eq̄ albi· Vñ Ouid⁹·Quattuor ī niueis
aureus ibis equis· Et cum tanto honore
ducebat ad capitoliū· Hāc tñ molestiā
habebat·q; ponebat q̄dā seruus vna in
curru cū eo·z sp colaphizabat triūphan
tem·ne ipse nimis supbiret· Et etiā ideo·
ut daret spes vnicuiq; quantūcūq; vilis
cōditionis esset puenīdi ad similem ho
norē si ꝓbitas sua mereret· Et dicebat ei
sp·Gnotosolitos·i·teipsū cognosce· Vl
triūphus dī a gręco triambos·i·a triplici
exultatiōe ei⁹ cui triūph⁹ dabat ut dictū
ē· Vl triābos dī triplex iudiciū· Jn triū
phis·q̄i a triplici iudicio Fiebat enim in
exhibitōe triūphi triplex iudiciū· ꝑus enī
cōsulebat exercitus·2⁹ senat⁹·3⁹ ppl's·Et
si assentirent· habitū erat iudiciū triplex·
Jtē triūphus ꝓprie dī plena z pfecta vi
ctoria·quādo scz q̄s pfecte hostes vincit·
Sicut trophęū qñ solū eos fugat·

Triūuir·qui sup tres viros habet ptātem·
nomen est dignitatis

Triūuiri capitales dicūt·qui carceris ha
bebāt custodiā· q̄z interuētu aīadūtēdū
erat in quos q; homīes facinorosos·quos
etiā dicimus stratores· a stringēdo· quia
in carcere custodiendos·z reos dānatos
puniebant·

Troas·adis·fęmīa de troia·z cor·pe·gti·

Trochea·thę·i·torcular·vel rota modica
sup puteū·vel illud qđ apponit malo na
uis·z dī a trochos·qđ est rota· qz habet
rotulas ꝑ quas funes trahunt·

Trochęus·chę·i· est pes cōstans ex longa z
breui·vt Audit·z dī a trochos·eo q; cito
q̄i rota currat z voluat· Vel dī a troch⁹
qz sicut trochus constat ex duab⁹ ptibus
scz vna grossa z altera tenui·ita trochęus
cōstat ex duab⁹ syllabis·scilz vna longa
z altera breui· Jn trochęicus·ca·cū·

Trochos grece·latine dī rota·

Trochus·chi·m·g·est instrumētū q̄ ludūt
pueri·z dī a trochos·qz cito ad modū rotę
voluit·z ad modū rotę rotūdus est· Vn
Cato·Trocho lude· Dic etiā aliter dicit
tropillus·

Trophinius·nij·pe·cor·ꝓprium nomen viri·

Trogodite·pnuł·pd·gens ęthiopū·ideo dicti·qr adeo veloces sunt·vt feras cursu pedum assequant.

Troia troię·q̄dā ciuitas·z est ibi·j·duplex cōsonās·z dī a tros· Jn troian⁹·na·nū·

Troigena·nę·cois ge·nat⁹ de troia·vel de troiano·z cor·ge·

Tropheū·phęi·i·spoliū ab hoste in fugam q̄so ereptū·Et tropheū·victoria d hoste in fugam cōūso·z exultatio vel lętica siue honor q̄ dabat alicui·ppt hostē in fugam conūsum·Et erat talis honor·qr tot⁹ pplis exibat ei obuiā·z cum lętitia eum introducebat ī ciuitatē· Vñ q̄dā· Hostes ī bellis qñ dāt terga tropheū· Dicit·ꝛc·

Tropos grece·latine dī conuersio·

Tropus·pi·masc·ge·q̄dā cātus in ecclesia·a conūsione sic dictus·

Tropicus·ca·cū·i·figuratiuus·z cor·pi·

Tropologia·gię·est conuersio ad aliquē p secūdā plonā·vt Domini est salus·z sup pplin tuū benedictio tua·Et dī a tropos·qd ē cōuersio·z logos sermo·q̄ sermonis prius habiti cōuersio· Et est eadē cū apostropha· Hug⁹ etiam dicit qr tropologia est excusatio vel sensus spūalis vel moral' z figuratiua intelligentia·vel locutio·vel emēdatio vitę· Jn tropologicus·ca·cum· Et tropologice·adū·Et tropologięo·ęas z tropologico·cas·i·tropologice loq̄· Papias autem dicit· Tropologia· moralis instructio·ad instructionē z correptionez mor·siue aptis·siue figuratis sermonib⁹ plata·

Tropus·pi·figura moralitatis·modus loquēdi·vt cum aliq̄s loquit metaphorice·vel periphrastice·vel alio tali modo· ſm Hug⁹·

Tros z Jlus· frēs fuerūt z reges troiani·

Truculentus·ta·tum·i·plenus truciditate crudelis·asper·ferus·z dī a trux· z lentos

Trucilentus·ta·tū·idem·

Trudes·dis·f·g·dī a trudo·dis·Et dicūt trudes·fustes ferrati·scz conchi·eo qr trudant naues·

Trulla·lę·f·g·i·lōbus·vel sibilus ani·z dī a trudo·qr trudēdo emittit· Jtē trulla dī qd̄dā vas fictile· Jtē trulla ē qd̄dā īstrm cemētario⁹ ferreū latum ad cōplanandū murū·z ad lapides cū calce cōponēdos z ꝯiungēdos·qr trudit z detrudit z intrudit calce vel luto lapides· Vñ Amos·7°·Et in manu eius trulla cemētarij·

Truncus·ci·i·sine capite·scz statura arbor⁹ insistens radici· Truncus hoīs est media ps corpis a collo ad inguinē· Vñ Virgilius· Caput collo vbit· trūcus corpis sustinet· Et genub⁹ z crurib⁹ ꝛc· Jn trūcus ca·cū·i·diminut⁹·semiꝑcasus·sine capite·

Truta·tę·q̄dā piscis·et dī a trudo·qr vim habet trudendi·vel qr sp mozet obstrusa

Trutannus·ni·m·g·dī a trudo·dis·eo q vbis suis trudat ad h q decipiat· Facit cnī credi·qd vez non est· Jn h trutānia·nię· Et hic trutānulus·li·dimi· Et trutānicus·ca·cū·

Trutina·nę·i·statera·scz lingua libręe·et dī a trudo·dis·qr sp trudit foras·ul' partica p trāsuersum posita·qr trudat sursum· Jn h trutinula·lę·z trutinella·lę·ambo dimi·i·parua trutina·

Trux·cis·i·crudelis·austerus·ferus·inexorabilis·horrendus·Et cor·v·ante·c· Vñ Ouidius epi· Mat' eris tauro senior ipe truci· Jtē Horatius in ꝑma epla· Jre truces īimicitias z funebrę bellū·

T ante V

Tuba·bę·f·g·dī q̄i tibia·qr est similis ei z in longitudie z ī specie· Vel tuba q̄i tusa· qr tuba cōcaua est· Et nō q tuba legalis de qua habet Nūeri·x°· erat vt dic Josephus· fistula cātatoria pene magnitudie cubiti· calamo capacior· q̄ hēs in ꝓncipio latitudinē· q̄ cōueniebat ori suo ad susceptionē spūs·q̄ hebraice dī asora· Et sicut dicit in historijs· Tuba habebat q̄ttuor vsus·ad vocandū multitudinez·ad monēda castra·ad bella· ad festa· Q̄n enim solēne habebāt epulū·z dies festos·z kalendas·clangebāt· Vñ in psalmo· Buccinate ī neomenia tuba· Vnde· Legalis populū tuba dāgore vocabat· Jn bellis castris·festisq̄ sonora tonabat·

Tuber·beris·masc·ge·i·fungus·z dī a tumeo mes·qr ex tumore terrę ꝓdeat· Vñ tubera q̄i tumera·i·q̄i tumores terrę· Et ponitur sępe p tumore·z p peccato generalit· Vñ Teretius in adelphis· Colaphis ē tuber totū caput· Jnde tuberosus·sa·sum·i·tuberibus plenus·inflatus·supbus· Jnde h tuberositas·tatis·i·inflatio vel supbia·

Tubiangi·dicebāt iudęi illi q̄ ex alienige/nis cōuocati in auxiliū Jude venerāt·Et dicebāt tubiangi·quasi tubis ꝓducti·Et ꝓdu·nę· Hoc vult glo·2·Machab·12° sup illud·Et venerunt in caratha ad eos qui dicunt tubiangi iudęi·

Tubicen·cinis·masˀ·ge qui canit cum tuba ꝛ cor·penulˀ·tam nti q̄ genitiui·
Tubicina·nę·fę·ge·mulier q̄ canit cū tuba
Tucetū·ti·neu·ge·dī cibus q̄ fit ex carniū contusione·sicut salcicia est·Vñ Persius Sed grandes patinę tucetaq; crassa·Jñ hic tucetarius·rij q̄ cibū illū facit·
Tucus·ci·genus est auis·scilz cuculus·
Tudes·dis·ulˀ tudatus·i·malleus· Vnde tudatos·dicimus illos qui habēt capita grossata ad modū mallei grossi·
Tugurū·rij·dī esse tectū qđ rebus vrbanis vel rusticis custodiēdis est deputatū Vel dī oē ędificiū qđ magis cōpetit rusticis q̄ vrbanis ędibus·ꝛ dī q̄si tegulariū·eo q tegat·ff·de v·sig·l·domus·
Tullius·lij·p duo· l·ppriū nomē cuiusdā viri· Vnde lucanus in·7°· Tullius eloquij cuius sub iure toga q̄·
Tumentū·ti·neu·ge· dī a tumeo·mes qđ filo ulˀ tela tumeat nec subtilitatē habeat· Jñ tumentuosus·sa·sū·i·tumēto plenus·
Tumidulus·la·lū·i·aliquantulū tumidus
Tumidus·da·dū·i·inflatus·supbˀ·iratˀ Jñ tumiditas·tatis·Et differūt tumidˀ ꝛ tumēs·qđ tumidus ē q̄ sp tumet· Tumēs vo qui ad tempus ex aliq̄ causa tumet·
Tumor·oris·mas·ge·ē inflatio ulˀ supbia cū motione corporis·vel iracundia· Jnde tumorosus·sa·sū·i·tumoribus plenˀ· Jnde tumorositas·tatis·
Tumultuariˀ·ria·riū·dī a tumultuor·aris· Et hinc tumultuarij dicebāt milites vel pedites q̄ p solo tumulto ducebāt in p̄liū vel qđ subito ꝛ cū tumultu exeunt contra hostes ex inpuiso venientes· Vñ ꝛ illud genus militię dī tumultus vel tumultuatio·vel cōiuratio·
Tumultˀ·tus·i·seditio·cōiuratio·diuſor garritus·quasi tumor multus· Jnde tumultuosus·sa·sū·i·tumultu plenus·
Tumulus·li·masˀ·ge·mons breuis ulˀ sepulcrū·vel terra cōgesta supsepulcrū·ꝛ dī tumulus q̄si tumēs tellus· Jñ tumullusˀ li·dimi·i·puus tumulus· Et tumulosus sa·sū·i·tumulis plenˀ· Vñ Mons breuis est tumulus·bustū·cōgestaq; tellus·
Tunica·cę·fę·ge·vestis antiq̄ssima appellata·quia in motu incedentis sonuꝫ facit ꝛ dī a tonˀ q̄si tonica· Primū enī fuerūt pelliceę tunicę·q̄bˀ post eiectionē de paradiso Adā ꝛ Eua induti sunt· Jnde tunicella·lę·dimi·i· pua tunica· Et tunicatus·ta·tū·i·tunica indutˀ·vel tunicā habens·Et tunicosus·sa·sū·i·tunicis plenˀ·
Tunicula·lę·dimi·i·parua tunica·
Turba·bę·i·turbatio·ꝛ dī a turbo·as Jtē turba est ppli multitudo· Sꝫ multitudo nūero fit· Turba tm̄ in loco· Possūt enī pauci in angusto turbā facere· Et ē turba nomen collectiuū·ꝛ potest recipe verbuꝫ pluralis nūeri ꝛ adiectiuū in plurali nūero ꝛ in diuersitate generis·ꝛ h̄ ratiōe sig̃tionis· Vnde Joānis· 7°· Sꝫ turba h̄ quę nō nouit legem·maledicti sunt·
Turbella·lę·i·turbatio·ꝛ dī a turba· Vñ Augˀ de ciui·dei Dēm motū cordis ꝛ salū·oēsq; turbellas fluitare asserit·ꝛ pd bel
Turbidus·da·dū·dī q̄si terbidus·i·tra cōmixtus scilz fece·ꝛ dī a turbo·bas·
Turbo·binis·masˀ·ge·pe·cor·gtū· dī a tra· qđ antiq̄ dicebant h̄ turben·binis· Et ē turbo vel turben·vertigo volubilitatiq; vētoꝝ·dictus a terra qđ quotiēs talis vētus cōsurgit·terrā in circuitu mittit· Jnde turbineus·nea·neū·ꝛ turbinosus·sa·sū·
Turbulentus·ta·tū·ꝛ turbulens·tis·i·turbidus·nō lucidˀ· Sꝫ turbidū de natura Turbulentū vo fit ex accidēti· Jñ turbulēte ulˀ turbulēt' adū·Et h̄ turbulētia·tię·
Turdela·lę·q̄dā auis·quasi maior turdus ꝛ dī a turdus·cuius turdelę stercus viscū generare dī·ꝑm Hugˀ·
Turdus·di·q̄dā auis·ꝛ dī a tardus eo q tarde volet·ulˀ qđ tarde se referat·scilz in fine autūni· Jñ turdinˀ·na·nū·penulˀ·pd·
Turgidˀ·da·dū·i·inflatˀ·tumidus·iratˀ· Jnde hęc turgiditas·tatis·Et turgidulus la·lū·i·aliquātulū turgidus·
Turgiolū·li·neu·ge·dī vas iterius grossū ꝛ turgidū·ꝛ cor·o·
Turgor·goris·masˀ·ge·i·tumor·turgiditas·
Turma·mę·f·ge·societas hoīuꝫ·ꝛ ppie triginta·scilz ala· Sꝫ ala ꝙtinet triginta milites· Turma triginta pedites· Jnde turmatim aduerbiū·sicut a turba turbatim·
Turmella·lę·dimi·i·parua turma·
Turmula·lę·dimi·idem·ꝛ cor·mu·
Turonis·ciuitas·ē·ꝛ cor·pe·sicut ligonis·
Turpiloquˀ·qua·quū·pe·cor·i·turpia loquēs· Jnde hoc turpiloquiū·quij·turpis locutio·
Turpilucrus·cra·crū·i·turpiť lucrū faciēs Jnde hoc turpilucrū·cri·turpis acq̄sitio lucri·ꝛ cor·lu·naturaliter·
Turpis·pis·ꝙ·t·ꝛ h̄·pe·i·informis·ꝛ dī a torpeo·pes·eo q torpeat· Jñ turpitudo dinis·i·macula·deformitas·

Turris·ris·f·g·dī a teres·retis·qđ ē longū
7 rotundū·Et turres dicūt·quasi teretes
q; longę sint·7 rectę 7 pcul rotūdę videnť
licet qñq; sint q̄dratę·vel latę·vel dicunť
a tueor·eris·q; p̄bent defensionē·Jn tur/
ritus·ta·tū·i·turribus plenus·ad modū
turris dispositus·7 pdu·penul·Et turri/
cula·lę·dimi·i·parua turris·Jtem turris
gregis dicebať ſm Hieronymū·locꝰ vbi
Jacob greges suos pauit nomen loco in/
de relinquēs·Turris ꝯo custodū diceba
tur vbi custodes positi erāt ad custodiā
puinciarū·

Turtur·turis·a sono vocis nomen habēt·
genus auis est·Jnde turturinus·na·nū·
penul·pd·Et declinať hic turtur turturis
epicœni generis·pe·gtī cor·7 sub vno gnē
7 vno articulo cōprehēdit aialia vtriusq;
sexus·Pōt ğ dici·Alba aquila·7 vnus
turtur·tam p mare q̄ p fœmina·

Turturi·dicunť pastores q̄ fistulis canūt·

Tus·turis·vide·s·in thus aspirato·

Tuscia·scię·q̄dā pars italię·a frequētia tu/
ris 7 sacroy dicta·Eadēm tirrhenia·a Tir
rheno fratre Lydi·Jn tuscꝰ·ca·cū·gētile·

Tussis·sis·f·g·ē cōmotio pulmonis expi/
rans cū sonitu·7 dī a tundo·dis·q; tun/
dit pectus·Vel dī a ton·i· ab altitudine
q; a p̄fundo pectoris venat·

Tutamen·minis·i·tutamētū·7 pd·penul·
ntī·sed cor·pe·gtī·

Tutela·lę·f·g·i·defensio·7 dī a tueor·eris·
Et est tutela in liberū caput alicuiꝰ q̄ ppť
etatē·nec se·nec sua defendere pōt·Tute/
la dabať liberis·patronus·seruis·

Tutela ſm Aſco·in sū·est vis 7 ptās in ca/
pite libero·ad tuendū eū q̄ ppť etatē suaz
sponte se tueri nequit·a iure ciuili data ac
pmissa·ut Jnsti·de tute·§·est autez·Dis
aūt dico d̄ facto·7 ptās d̄ iure·ut talis sit
tutor q̄ ppria imbecillitate nō impediatur·
nec a iurisdictione repellať·q̄les sūt pupil
lus·furiosus·7 q̄ ppetuo morbo laborant
Jlli ppť imbecillitatē corpis vl'aī·tutores
esse nō pñt·Sz fœmię q̄ q̄uis sciāt res ad/
ministrare pupillares·7 ad id expediendū
vires habeant·tñ a iure institutionū non
admittunť·

Tutela testamētaria·est qñ pater dat filio
tutorem in testamento·

Tutela datiua est·qñ vnus datus est tu/
tor filio in testamēto·7 vnus extantibus
cōsanguineis idoneis ad tutelaz iudex ex
officio suo dat tutorem·

Tutela legitima est·quę dfertur a lege ſm
quā nullus datus est·

Tutor ē qui pupillū vel pupillā morte pa/
tris vl'emācipatione sui iurꝭ factū vl'factā
tneť·Differt aūt a curatore·q; tutor datť
impuberi·curator ꝯo puberi·vel adulto
scilicet furioso·pdigo·surdo·muto·7 sili/
bus·q̄ rebus suis p̄esse nō possunt·Jtē tu
tor q̄ndq; datur a iudice·q̄ndq; a testatore·
Datť enī a testatore 7 cōfirmať decreto iu
dicis vel p̄sidis·Etiā datť inuito·ß cura/
tor nō nisi volēti·p̄terq; ad litem·

Tutor fiduciarius·est q̄ pupilli emancipati
cuius pater q̄ eū emācipauit tutor erat le/
gitimꝰ eo patre mortuo tutelā accipit·cū
mortis tpe erat in p̄ximis potestate·

Tutor legitimꝰ·est q̄ lege p̄cipiēte pupil/
li nāciscitť tutelā·quales sūt p̄mi agnati
7 cognati·Regulariť enī traditum est ſm
leges ut ad quē spectat emolumētū hęredi
tatis alicuius pupilli·ad eūdē ptineat et
onus tutelę eius·nisi forte sit mulier q̄ hę/
ne vocať ad hęreditatez morientis·non tñ
ad tutelā supstitis·q; tutrix esse nō pōt·

Tutor onerarius ē·q̄ datť pupillo ut ipsuz
defendat a vexationibꝰ alioy·vl'datť no
uitatis grā·ut alios tutores instruat·c·ve
nerabilē·de elec·in glo·sup ꝯo aduocať
Vel honorarius dī·datꝰ cā honoris·non
admīstrationis·7 tales nō hñt onus·ut re
ges·p̄ncipes·comites·barones·quibꝰ di
mittunť filij causa honoris·ideo illoy tu/
tela vacationē nō p̄stat·Jnsti·de excusa·
tu·vel cura·§·Jtem tria onera·

Tutor testamētariꝰ dī q̄ ex testamēto datť
tutor filio a patre pupilli·s·q̄ actu in testa
mento noīať 7 assignať·

Tutor suspectus ſm Aſco·in sum·C·eo·ti·
dī iste q̄ moribꝰ talis est ut suspectꝰ sit·nō
enī facultas 7 pauptas·fraudulentia·vel
callida cōuersatio in rebꝰ pupillaribꝰ sus/
pectū tutorē cōmēdāt vel committāt·

U ante A

Vacca·cę·f·g·i·bos·7 dī a va/
cillo·las·quasi vacilla 7 debiť
respectu tauri·Vel vacca dī a
bos·quasi boacca sicut a leo leę
na·7 a draco dracęna·Jn vaccinꝰ·na·nū
Et hꝫ vaccariꝰ·rij·7 hꝫ vaccaria·rię·custos
vaccarū·Et hęc vacca·q̄dā ciuitas hispa
nię·ab abūdātia vaccarū ita dicta·Vac
ca etiā dī quędā ciuitas in india·Jn vac/
ceus·cea·cū·7 hꝫ 7 hꝫ vaccēsis·7 hꝫ se·Et scri
bitur p̄ geminū·c·vaccaz ab eo deriuata

Vaccella·lę·z vaccula·lę·ālꝝ dimi·i· pua
Vacantia bona·dicūt ea bona q̄ (vacca
dñm nō habēt·vl q̄ fisco·vl dominio ali/
cui⁹ applicāt·Qd cōtingit multq modis·
Cūq siqs intestat⁹ decedit·vel q̄ testari
nō pōt·vl faciat ꝑpt qd hęres suus ei suc/
cedere nō pōt·vl etiā vbi alias de cōsue/
tudine bona alicui⁹ dominio applicantur
nam tunc dicunt vacare bona·
Vaccinia·nię·herba purpurei coloris·
Vacuna·nę·i·g· dea est vacationis z ocij·
Vnde Statius·Hęc tibi dictabam·post
phanū pulcrę vacunę·
Vadiū·dij·z hoc vadimoniū·nij· in eode
sensu·s·pignus vel fideiussio·
Vadulū·li·dimi·i·paruū vadū·
Vadū·di·neu·ge·est locus breuis z hūilis
in aqua·z dī a vado· dis· eo q ꝑ ipsum
possit vadi·i·deambulari pedib⁹·Jn va/
dosus·sa·sū·Et cor·va·vadū·Vn Oui/
dius epi·Ad vada męnādri·cōcinit alb⁹
Vafer·fra·frū·i·callidus z ingeniosus (olor
versipellis·multiformis·z dicit a valde·z
afer·qsi valde afer·i·valde callidus· Nā
afri valde solēt dolosi esse z fraudulenti·
Vel cōponit vafer a vari⁹·z feres·q̄si va
ria feres·sic hō caut⁹·q̄ loquit varijs mo/
Vagabūdus·ē q̄ nō hz domiciliū·ß (dis·
hodie ħ ē·cras alibi·l·iij·§·ꝑtor·ff·d dā·
infec· Sz q̄si vagabūdus·ē q̄ hz domici/
liū·ß raro morat in eo·z vagat hinc inde·
Vagedaber hebraice·rythm⁹ grece·nūerus
latine·Est liber nūeri· Vn Hieronymus
in ꝓlogo regū· Quart⁹ inq̄t vagedaber·
quē numeri vocam⁹·z acuit in fine·
Vagetra hebraice·dī tertius liber Moysi
s· Leuitic⁹· Vnde dicit Hieronymus in
ꝓlogo regū·Certius vagetra·i· Leuitic⁹
Vagina·nę·f·g·theca gladij·dicta q̄si ba/
gina·q in ea mucro vl gladius baiulat·
Jn ħ vaginari⁹·rij·qui facit vaginas·Et
pd·pe·vagina·Vn Ouidius meta· Pē/
denti nitidū vagina diripit ensem·
Vagit⁹·tus·clamor infantū·z dī a vagio
Vagus·gia·gū· q̄ genub⁹ iūctis ābulat·
Vagulus·la·lū·dimi·i·aliq̄ntulū vagus·
z dī a vag⁹·Jtē vagula·lę·dimi·dī iuuē
ca·q̄ vagat per campū· Et hic vagulus·
li·anulus·q vagat in digito·z cor·gu·
Vagus·ga·gū·i·erraticus·discurrens·
Valētulus·la·lū·dimi·i·aliq̄ntulū valēs·
Valetro·tronis·mas·ge·i·gluto·z dī a va
leo·les·ꝑ cōtrarū·q parū valet vel qua
valet multū in leccacitate·z pd·pe·gtī·
Valgia·gię·f·ge·dī a voluo·uis·q̄si vol/
uia·i·retorsio·ꝑprie labioꝝ obtorsio ē quā
facimus cū aliquē derident⁹· Jn valgio·
valgis·i·retorquere·
Validus·da·dū·i·fortis·potēs robustus·
Et cōpat· Jn valide·dius·sime·adu· Et
sępe ꝓferūt ꝑ syncopā·valdus·dior·sim⁹
ꝑ validus·z validior·z valde ꝑ valide·
z valdius ꝑ validius· Jtē a validus dī
ħ validitas·tatis·z ꝑ cōpositionē Jnvali
dus·da·dū·i·debilis·fragilis·nō valid⁹
Jn ħ invaliditas·tatq̄· Et ħ inualitudo·di/
nis·i·debilitas·imbecillitas·infirmitas·et
cor·ꝓmā validus· Vn Lucan⁹ in·6°· Ad/
ducit invalidę robur facūdia causę·
Valitudo·dinis·f·g·i·fortitudo·Et nō q
valitudo inuenit ꝑ infirmitate·z ē tractū
ab illo funebri vale·qd dicebat mortuis
de q̄ vide in valeo·les· Vnde q̄dā dicūt
valetudo ꝑ·e· Jn valitudinari⁹·ria·riū·z
valetudinari⁹·ria·riū·q̄ sępe infirmat· vl
q̄ sępe participat valitudine·Et ħ valetu
dinariū·vel valitudinariū·rij· domus in
qua curāt ęgroti· Et licet cā dīę dici pos/
set·in vtraq tñ sīgtione dī cōpetent vali
tudo ꝑ·i·Et nō q·i· ante tudo breuiatur
ut fortitudo·ꝑter valitudo·q̄si valetudo
Vallis·li·f·g·dicit a vallo·las·eo q val/
lata sit montibus· Jnde vallosus·sa·sū·
Et ħ z ħ vallestris·z ħ stre·Et ꝑ cōpositio
nem·ħ cōuallis·lis·i·magna vallis· Vel
valles dicūt vbicūq sūt humilia loca cā/
porū z deꝑssa·q̄si vulsa· Vnde z cōualles
deꝑssa loca terrarū inter mōtes·Et nō q
inuenit vallis salinarū· qr ibi erant putei
Vallus·li·mas·ge·i·palus·z dī a vali (sal
dus·q̄si vallidus· Jn ħ vallū·li·cōcatena
tura q̄ fit de palis sup aggerē· Vel vallū
est ipse agger·s·id quod mole terrę erigit
ut custodia ꝑtendat·Et est vallū int mu/
rū z fossam·z dī a vallis·i·palis·q̄b⁹ val
lis munit· Vnde quidā· Vinctq vallus·ß
vallū conuenit vbi·
Valor·loris·mas·ge·i·potētia·sanitas·vi/
Valua·uę·f·g·i·ostiū·z dī a voluo (gor·
uis·Et ut dic Hug· Valuę ꝓprie sūt quę
reuolūt intus·z sūt duplices z replicabi
Vanga·gę·f·g·quoddā gen⁹ fossorij (les·
z dī a vagus quia vagando fodit·
Vanidicus·ca·cū·pe·cor·i·vana dicens·
Vanidus·da·dū·i·van⁹·Et cōponit eua/
nidus·da·dū·i· valde vanidus· Vnde
Ouidius in·5°· meta· Pectora q̄ i tenues
abeunt euanida riuos·
Vaniloquus·qua·quū·i·vana loquēs· Jn
hoc vaniloquiū·quij·z cor·lo·

Vann⁹·ni·instr̄m ē ꝺe vimĩe factũ in mo/
ꝺũ scuti·crib⁊·s·⁊ ē ge·f·ꝑm Pa⁊ um·
Vanus·na·nũ·i·inanis·falsus·vacu⁹·irri
tus·venere⁹·⁊ ꝺr̄ a ven⁹·qr venerei p̄ci/
pue solent esse vani· Jn̄ ꝟ vanitas·tatis·
Vapidus·ꝺa·ꝺũ·i·insipiēs sine sapore· Jn̄
ꝟ vapiditas·tat⁊·i· insipiditas·⁊ cor· va·
Vapor·poris·mas·ge·i·calor· fumus·⁊ ꝺr̄
a vaporo·ras·
Vappa·pę·f·g·ꝺr̄ vile vinũ·qꝺ ꝺe fece ex/
primit̄·vel exinanitio cũ aq̄·⁊ ē fere nulli⁹
saporis·vñ⁊vappa sępe ꝺr̄ insipiditas·Et
vappa ꝺr̄ ardelio·p̄dig⁹·supfluus·stult⁹
leus·q̄ insipide⁊ idiscrete ꝺisp̄git res su/
as⁊ nulli⁹ p̄bitat⁊ ē·Et nō q vappa p·a·
añ·p·ß vapidus eã cor· vñ credim⁹ q sit
ꝺicēdũ vappa p̄ ꝺuplex·p·⁊ sic positione
p̄ducit̄ p̄ma·
Varica·cę·f·g·⁊ ꝟ varix·cis·ꝺr̄ vena inter
coranea·q̄ si lędat̄·vel itinere vel p̄cussio
ne·reddit hoiem curuũ⁊ inflatũ·⁊ ex lęsio/
ne facit poplices⁊ coxas turgescere· Jn/
ꝺe varicosus·sa·sũ·i·curuus·
Varius·ria·riũ·ꝺr̄ a via·q̄si viarius·i· nō
vnius vię·sed incertę⁊ mixtę snię·⁊ ꝺiuer/
sus· Jnde ꝟ varietas·tatis·
Varus·ra·rũ·i·curuus·⁊ p̄d·va·
Vasallagiũ·ꝑm spe·in ti·ꝺe feu·idez est qꝺ
homagiũ·qꝺ enī in francia ꝺr̄ homagiũ·
in italia vocat̄ vasallagiũ·
Vasallus ꝑm Volst⁊·est ille q̄ tenet̄ seruiti/
um facere ꝺño occasiõe feudi· Jtē vasal/
lus ē feudatari⁹·Et ꝑm vulgare p̄uincia/
liũ nobiles feudatarij vasalli ꝺicũt̄· Ple
beius ꝺo hō medi⁹ nũcupat̄ ꝑm spe·Et va
sallus nō põt vẽdere feudũ sine volũtate
ꝺñi·Et ꝺũ vẽdit· ꝺebet rogare ꝺñm suũ
q ab eo recipiat· ⁊ alterũ emptorē inuesti
et·qꝺ si ꝺñs denegat·⁊ cũ exorare nō põt
ꝺet emptori alia bona ęq̄lētia tali feu/
do iuste vẽdito·ꝺ h̄ in·c·quę in ecclesia⁊
ꝺe cōsti·⁊ in vsi·feu·p to·
Vas vadis·mas·ge·i·obses·vel fideiussor
⁊ ꝺr̄ a vado·ꝺis·q ꝺato vade· licet ab/
ire⁊ vadere·⁊ cor·a·añ·ꝺ·sed vado·ꝺis
